

Johann Cothmann Daniel Michaelis

## **De Aphorismo Apostolico Ad Colos. 2. v. 9. In Christo Inhabitat Tota Plenitudo Divinitatis Corporaliter, Dissertatio Theologica solennis**

Rostochi[i]: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738387428>

Druck Freier  Zugang




RU Med. 1650

Lothmann, Johannß

Vent. Michael, Daniel  
mit Progr. (2x)







Q. D. B. V.  
DE APHORISMO  
APOSTOLICO  
*Ad Colof. 2. v. 9.*  
IN CHRISTO IN-  
HABITAT TOTA PLENI-  
TUDO DIVINITATIS COR-  
PORALITER,  
Dissertatio Theologica solennis,

*Quam,*  
Assistente Dei Opt. Max. Gratiâ,  
Ex Decreto & Consensu  
*Venerandæ Facultatis Theologicæ in Academiâ  
Rostochiensis*

SUB PRÆSIDIO  
*Viri pl. Reverendi & Excellentissimi*  
DN. JOHANNIS COTHMANNI,  
SS. Theol. Doctoris, Professoris Publ.  
dictæ Facultatis Senioris, ejusdemq; hodie  
DECANI spectabilis.

*Pro Licentiâ adeundi summos in Theologiâ honores  
publicè ventilandam proponit*

M. DANIEL MICHAËL,  
Megapolitanus, SS. Theologiæ in Universit.  
Rostoch. Profess. Publ.

*Ad diem 2. Maij*


In Auditorio Majori horis ante & pomeridianis.

*ROSTOCHI, Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. An. 1650.*









ΚΥΡΙΕ ΕΥΛΟΓΗΣΟΝ.  
De Aphorismo Apostolico

Colos. 2. vers. 9.

Εν αὐτῷ (Χριστῷ) κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος  
σωματικῶς.

THESIS II



Irca Aphorismum huic Apostolicum  
duo in considerationem, simulq; in controversiam  
vocantur (1.) *Subiectum* ἐν αὐτῷ (2.) *Pradicatum*  
κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.

II. De *Subiecto* diversa circumferuntur sententia:  
*Primò* Sociniani illud esse volunt *Evangelium* s.  
*doctrinam Christi*, ut in *Christo* hic idem denotet, ac in *Evangelio* vel *do-*  
*ctrinâ Christi*. Vid. Socin. in disput. cum Erasmo. Joh. p. 25. ubi *Divinitatem*  
*nihil aliud esse*, ait, quam *ipsius Dei voluntatem*, quam in *Christo*  
*corporaliter omnem habitare esse totâ eamq; solidam* (non autem *imperfec-*  
*tam & adumbratâ, ut quondam in lege Moysi*) in *Christi Evangelio*  
*ejusq; præceptis contineri*. Eum sequitur hac in parte Smalzius lib. de *Di-*  
*vin. Christi* c. 6. p. 23. inquit: *Quondam in ipso, nempe Christo, h. e. do-*  
*ctrinâ Christi: opponitur enim ibi Christus non personis sed doctrinâ*. Con-  
*spiratitem Catech. Racov. p. III. & Volkel. l. 3. de Verâ, ut loquitur,*  
*Relig. c. 5. & l. 5. c. 10. p. 437, 438. & l. 6. c. 5. p. 640, 641.*

III. Verùm commentitia est ista interpretatio, quin & inepta, & ad  
*Textum* minimè faciens. Etenim quæ cogit necessitas, ut *me:onymia*  
*inferatur*, ubi propria vocis significatio obtinere potest? Equidem *di-*  
*sertè* hæc contextus de ipso *Christo* loquitur, cui soli, ut *usico salutis*  
*principio*, adhaerendum esse docet *Apostolus*, quòd in ipso *omnis Dei-*  
*tatis plenitudo habitet*. Præterea admodum ineptè *inhabitatio* *Evange-*  
*lio Christi*, ut *subiecto* vel *habitu*, tribuitur, quippe quæ *personam*



non doctrinam respicit; hinc nullibi s. Deus s. Divinitas in doctrina vel Evangelio habitare perhibetur. Et qui de doctrinâ dici poterit, quod in eâ πῶν ἀλήθεια τῆς θεότητος *corporaliter* habitet? *Secundò* id subiectum h. l. intelligitur, in quo v. 3. Omnes thesauri sapientia & scientiæ reconditi dicuntur, quod est Dominus Jesus, fundamentum & basis fidei v. 6, 7. in quo repleti sumus, quod est omnis principatus ac potestatis caput v. 10. in quo circumcisi, simul resuscitati & vivificati sumus v. 11, 12, 13. quæ omnia non de doctrinâ Christi, sed de personâ ejusdem accipi oportet. *Tertiò* idem apparet ex loco Parallelo Col. 1. v. 19. ubi Omnis plenitudo habitare dicitur non in doctrinâ vel Evangelio Christi, sed in ipso Christo, ut ibidem manifestum est.

IV. Quod verò Smalzius & Volkelius urgent, *Christum hîc non personâ sed alienis doctrinis opponi; absurdè autem Christum opponi doctrinâ, nisi doctrina ejus intelligatur*, id omninò frivolum est, quandoquidem non *materialiter*, ut loquuntur, sed *per modum efficientiæ* Christus doctrinis alienis opponitur, quod ab omni eâ doctrinâ sibi quis cavere debeat, quæ non habet autorem Christum. Et annon Christus seductoribus Colossensium Pseud-Apostolis opponitur? quorum deceptio vers. 8. *καὶ τὴν ἀπάθειαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν χεῖρην* fieri dicitur, oppositione hac quoad personas intellectâ, ad eum modum, quo Apostolus Evangelium suum non *secundum hominem* esse, sed se id per *revelationem Jesu Christi* accepisse asserit Gal. 1. v. 11, 12. Quamvis etiam Christus non personis, sed doctrinis opponeretur, non tamen propterea sequitur, idem esse nomē Christi quod doctrina, eum multoties in Scripturis Christus falsis doctrinis & opinionibus opponatur, absq; illâ personæ in doctrinam permutatione. V. inter alia 1. Cor. 1. 22, 23, 24. Gal. 3. 1. Col. 2. 16, 17, 20, 22, 23. Rom. 10. 4, 5, 6, 7. Gal. 3. 23, 24, 25, 26. &c. Nostro verò loco personam Christi designari, patet tum ex antecedentibus, tum ex iis, quæ immediatè sequuntur, ut paulò antè ostensum.

V. Hinc *Secundò* alii per Subjectum, voce relativâ ἐν αὐτῷ expressum, *ipsum Christum θεάνθρωπον* intelligunt, non tamen eodem sensu, si personam & naturam in Christo spectes. Et quod personam quidem Christi attinet, de eâ prædicatum hîc efferrî è suprâ dictis constat. Si autem progrediendò à personâ ad naturas quaeratur: *secundum quam Naturam in Christo Omnis Deitatis plenitudo habitet?* Pleriq; Calvinianorum



norum respondent subsistendo in personâ, Vid. Georg. Sohniūm p. 441.  
*non in abstracto, inquit, sed in concreto loqui Apostolum & de personâ.* Sic  
 & alii ejusdem societatis Viri. Ubi quidem & nos fateamur, subjectum  
 κατηχερίας s. denominationis κατηχερίας παντός τῶ ἀληθινῶματι  
 τῆς θεότητος, esse personam Θεάνθρωπον, sed ulterius quærimus, juxta  
 quam Naturam? quo à Personâ ad naturas transitu μεταβασι εἰς ἄλ-  
 λο γέν, minimè committimus, ut Polanus in Syntagm. Theol. l. 2. c. 18.  
 arbitratur. Quid enim? An persona Christi, & naturæ in Christo ge-  
 nere differunt, ut descendendo ab illâ ad has transitus de genere in genus  
 fiat? Num persona est aliquid à Naturâ utraq; realiter diversum? Ne-  
 storianum, impium! Christus enim non ἐξ ἐτέρων ἔπερον, sed ex ἐπέ-  
 ρων τῶ ἀντιῶ juxta Damasc. l. 3. c. 4. *Dua nature sunt unus Christus, &*  
*unus Christus dua Nature personaliter unita. Christus constat ex duabus Na-*  
*turâ, subsistit in duabus Naturis, & dua illa Nature sunt Christus, ἐξ ὧν, ἐν*  
*οἷς, καὶ ἅπερ,* dicente eodem Damasc. l. 3. c. 15.

VI. Porro non desunt, qui subjectum inhabitationis plenitudinis  
 Deitatis *Divinam Christi Naturam s. ipsum λόγον* esse statuunt. Cui sen-  
 tentiæ quidam Calvinianorum patrocinantur, ut Sohnius in A. C. p. 441.  
 Polanus l. 2. Synt. c. 12. p. 148. & alii. Atqui verè cùm Divina Natura sit  
 ipsa Deitatis plenitudo, dici nequit *Divinam Naturam habitare in Divi-*  
*na Natura;* sic enim Deitas habitaret in seipsâ, propterea non dicitur in  
 s. Scriptura, quòd tota Deitatis plenitudo in Patre vel Sp. Sancto corpo-  
 raliter habitet. Quin & hoc absurdum ex sententiâ illâ sequitur, divi-  
 nam essentiam non amplius esse actum purissimum, sed compositionem  
 admittere, siquidem aliud est id, quod inhabitat, & aliud id, quod in-  
 habitatur. Taceo, quòd cùm Deitas nec corpus sit, vel corporea, neq; in  
 λόγῳ ratione divinæ Naturæ σωματικῶς inhabitet, absurdè dicatur,  
 Divinitatis plenitudinem inhabitare in Divinitate Christi corporaliter.  
 Omitto, quòd inhabitatio hæc sit ὁδοκίας ex Col. 1. v. 19. in Natura di-  
 vina autem omnia sunt καὶ φύσιν, non καὶ ὁδοκίας.

VII. Proinde nos asserimus subjectum (τῆς ὑπόστασεως) inhabitatio-  
 nis Deitatis esse *Humanam Naturam.* Nam (1.) Quicquid de Christo dicitur,  
 vel secundum divinam Naturam tantum, vel secundum Humanam  
 Naturam tantum, vel secundum utramq; Naturam dicitur, habet Theo-  
 logi-



logicum Axioma ex Cyrilli Epist. 10. Tertium enim ab illis Naturis rea-  
 liter diversum non dicitur. s. monitum. Cum ergo habitatio plenitu-  
 dinis Deitatis de Christo secundum Divinam Naturam non predicetur,  
 ut superius assertum, illam de eo secundum Humanam dici relinquitur.  
 (2.) Christus quoad Hum. Naturam est caput nostrum, nobis ob naturam spe-  
 cificam identitatem ὁμογενές Col. 1. 18. ubi subjectum caput, nempe  
 Christus, in habitationis τῶ ἀληθώματ. de qua v. 19., exprimitur. (3.)  
 Christus etiam secundum Hum. Naturam ex illa plenitudine recon-  
 ciliat Col. 1. v. 19. 20. 22. (4.) Etiam secundum Hum. Naturam omnes the-  
 sauri sapientiae in Christo sunt absconditi Col. 2. 3. (5.) Etiam secundum  
 Hum. Naturam credimus in Christum, cuius fidei σπέρμα est illud  
 θεῖκον ἀληθώμα Col. 2. 5. (6.) συλλαβία τῆς Φιλοσοφίας καὶ γενῆς  
 ἀπάτης maxime ad Hum. Naturam in Christo deprimendam refere-  
 batur. Col. 2. 8. (7.) Circumcisio ἀχειροποιήτ. respicit circumcisio-  
 nem Christi secundum Hum. Naturam Col. 2. 11. (8.) Christus & se-  
 cundum Hum. Naturam est caput omnis principatus & potestatis Col. 2. 10.  
 (9.) secundum Hum. Naturam Christus sepultus est, cui virtute hujus  
 in habitationis conspelimur Col. 2. v. 12. 13. 14. Adde ultimò, quod vo-  
 cabulo σωματικῶς significetur corpus, & adeò universam Hum. Na-  
 turam esse Divinitatis templum, & sublimis ac operosae hujus in habi-  
 tationis sacratissimum domicilium, de qua voce postea.

VIII. Hactenus de subjecto. Sequitur *Predicatum*, in quo tria con-  
 sideranda veniunt: (1.) *ipsa inhabitatio* (2.) *res inhabitans* & (3.) *Termi-  
 nis ac modus in habitationis*. *Inhabitatio* voce κατοικεῖ exprimitur: Ver-  
 bum κατοικεῖν proprie notat *commorari in loco aliquo tanquam domicilio*,  
 undè tria includit (1.) habitaculum, (2.) habitantem (3.) habitantis in-  
 habitaculo praesentiam, id quod multa ostendunt exempla, è quibus  
 Vid. Matt. 12. 44. ubi obsessi dicuntur οἶκ. imperi spiritus, in quo  
 κατοικεῖ v. 45. adde Ephes. 3. 17. & Conf. Rom. 7. 20. c. 8. v. 9.  
 II. Usurpatur tam de constanti & perpetua habitatione, quam de  
 habitatione ad tempus, prout natura & conditio subjecti, vel rei, de  
 qua dicitur, requirit.

IX. Prius autem quam eum sensum, quem in praesenti loco obtinet,  
 producamus, majoris lucis gratia praemittimus, quòd variis modis  
 plenitudo Deitatis seu ipse Deus habitare dicatur. *Prima Dei Habitatio  
 dicitur*



dicitur *Universalis*, quæ Deus omnibus, quæ cæli terræq; ambitu comprehenduntur, indistanter adest, Creaturas universas & singulas sustentando, conservando & gubernando. De hac universali Dei præsentia insignis locus extat Jer. 23. 24. ubi dicitur, quod Dominus cælum & terram impleat, quæ non est effectiva tantum, & virtualis per effectus facta πληρωσις, ut Vorstius cum Photinianis fingit: Nam verbum implere plus aliquid & augustius denotat, quàm virtutem tantum suam in effectibus ostendere: Prius enim implentis adessentia, secundò ejusdem operatio requiritur. Cæterum notandum, quòd generalis hic adessendi modus minus propriè habitatio appelletur; aliud enim est, ubiq; esse, aliud verò ubiq; habitare. Nam id quod habitat, in re, in quâ habitat, habitaculum hæbet. Nuspiam autem scriptura Deum eo, quo de loquimur, præsentia modo in creaturis habitare asserit.

X. *Secunda Dei Habitatio est gratiosa & specialis*, quâ in hac vitâ Deus est in regentis, quaq; seipsum cum omni suâ gratiâ, beatitudine & gloriâ illis communicat, ut participes divinæ Naturæ replentur in omnem plenitudinem Dei. De hac in habitatione Dei in credentibus loquuntur dicta Joh. 14. 23. Rom. 8. v. 9. 11. I. Cor. 3. 16. c. 6. 19. 2. Cor. 6. 16. Eph. 3. 17. 2. Tim. 1. 14. *Tertia Dei Habitatio est gloriosa*, quæ fit per præsentiam Dei gloriosam, estq; beatorum in Vitâ æternâ propria, ac consistit in gloriosâ conformitate cum Deo, ejus lætissimâ communionem, ac beatificâ visione à facie ad faciem sicuti est 1. Cor. 13. 12. c. 15. 28. I. Joh. 3. 2. Apoc. 21. 22. c. 22. 5. *Quarta Dei Habitatio est μονόλογος καὶ ἐξαίρετος*, singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, secundum Justinum & Augustinum, ac vocatur personalis, hoc est, ex assumptione Hum. Naturæ in divinam τὸ λόγος ὑπέσκειν orta in unâ Christi personâ, de quâ Apostolus loco nostro agit. eamq; verbo κατωκείν designat, quod inferius, ubi de Unionem hypostaticâ agendi locus erit, planum faciemus.

XI. Sic jam expendimus ipsam in habitationem: nunc pedem proferemus, & considerabimus rem inhabitantem, quæ ab Apostolo πᾶν τὸ πληρωμα τῆς θεότητος appellatur. πληρωμα significat plenitudinem, id quod totum est, cui nihil sui deest, ac proinde perfectum est in suo genere. Excluditur igitur hoc nomine imperfectio & defectus, & quicquid sub certâ mensurâ particulâ s; portione cogitari vel dici potest.

Vocat



Vocat autem Apostolus ΠΑΝ ὡλήρωμα τῆς θεότητος, magnā ἰμφάση, omnem illam s. totam plenitudinem Deitatis; quæ vocula indicat, plenitudinem Deitatis Filij Dei totam, quicquid est, & quanta quanta est, carnem Christi inhabitare, idcirco non asserendum, naturam divinam τῆ λογία in carne suā & extra eam simul esse, ut Calviniani contendunt. Unde Damascenus l. 3. c. 6. verba Apostoli enarrans ait: ὅλως ὅλον ἀνέλαβέ με, totum totum assumpsit me, & totus toti unitus est. Idem d. l. Dicitur omnem & perfectam Divinitatū naturam in unā sui ipsius hypostaseos unitam omni humana natura, & non partem parti: ait enim Divus Apostolus, quod in eo habitet omnū plenitudo Deitatis.

XII. Vox θεότης non nisi h. l. in S. Codice reperitur, & ipsam Deitatem, vel divinam ὁσίαν denotat, quod Syriaca & Arabica Metaphrases confirmant, dum per ΝΑΠΗΛΗ & ΠΗΛΗΛΗ reddunt; hæ namq; voces de ipsa Dei naturā ac essentiā adhibentur. V. Act. 17. 29. Rom. 1. 20. Antiqui etiam Ecclesiæ DD., ut aliàs nomine θεότης, ut veram & essentialem Deitatem, vel naturam divinam innuunt, ita & h. l. de eadem vocem hanc explicant. Vid. Athanas. passim, imprimis in Epist. contra Hæret. ad Epict. Corinthi Episc. & Orat. contra Sabelli gregales, nec non serm. contr. Arrian. item in symbol. de Nat. Hum. susceptā. Similiter Chrysost. h. l. August. Epist. 57. ad Dardan. de præsentia Dei, & quomodo Deus sit ubiq;. Theodoret. Cyrillus, Gregor. Nazianz. de Theolog. &c. Inprimis legatur Damascenus l. 1. O. F. & l. 3. c. 1. 3. 6. cui θεότης idem est ac τὸ θεῖον, θεῖα φύσις, ἢ τῆ θεῶ μορφῆ, & Deus verus, θεὸς καὶ ἐξοχὴν, qui ab Homero θεῶν ὑπατὸς καὶ ἀείρεται dicitur. Et plus sanè nobis valere debet hæc antiquorum interpretum traditio, quàm novæ & commentitiæ Socinianorum detorsiones, cū illi certè his ultimis temporibus nunquam nobis puriorem fidem prolaturi sint, quàm in primis seculis, Apostolorum tempori proximis, fuerit Nosteorum interpretationes, quæ phrasia Apostolicam ΠΑΝ ὡλήρωμα τῆς θεότητος, suo loco proferemus, & examinabimus. Hic paucis notamus, quòd Deitas in Oraculo nostro non absolute capiatur, prout tribus personis in unā essentiā divinā communis est, sed relatè, prout ea in unā hypostaseon Divinitatis, in solius λογίας personā, caractere hypostatico est determinata, sicut Athanasius & Cyrillus dicunt, divinam Naturam filij esse incarnatam. Quanquam enim in Naturā Hum. Christi inhabitat tota



tota Trinitas majestate, ut Augustinus affirmat, solus tamen Filius eam in  
persona sua Unitatem suscepit.

XIII, Expendendus superest Modus in habitationis Deitatis  
τῷ λόγῳ, quem Apostolus voce σωματικῶς notat, quod Deitas  
λόγος in carne assumtā, tanquam in proprio σώματι, corpore, habitat,  
quam explicationem amplectitur Formula Concordiæ p. 778. quod non  
habitat in Christo quemadmodū in sanctis hominibus & Angelis, sed corpo-  
raliter, ut in proprio suo corpore, etiam omni suā Majestate, virtute, gloriā,  
operatione in Hum. Natura luceat: Ut ita hæc determinatio ipsum verum  
τῆς καταικήσεως subjectum, seu templum inhabitantis Divinitatē expri-  
mat, ipsam videl. Hum. Naturam λόγῳ personaliter unitam. Et ad eum  
modum adverbium σωματικῶς, corporaliter, accipiendum est, ac si  
ab Apostolo dictum esset: in corpore, aut secundum corpus, vel ratio-  
ne corporis s. carnis tota Deitatis plenitudo in Christo habitat.  
Quam interpretationem statuminat tum propria vocis significatio  
quā σῶμα passim in Novo Testam. corpus designat, tum scopus Apostoli,  
de quo confer. Col. i. v. 20. 22. tum Syriaca & Arabica Metaphrases, vocem  
σωματικῶς per corporaliter reddentes, tum deniq; veterum q; S. Patrum  
suffragium Nam Theodoretus de Anti Christo exponit de Hum. Natu-  
ra, inquit: ἐνανθρωπήσας ἔμερικῆν πῖνα χάριν τῆ ληΨήσῃ φύ-  
σῃ (in assumtā naturā) δέδωκεν, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητ  
καὶ τὸν Ἀπόστολον διδάσκουσεν ἐν αὐτῇ καταικῆσῃ. August. epist. 457. ad  
Dardan. scribit: corporaliter dictum est, quia in Christi corpore tanquam  
in templo habitat omnis plenitudo Deitatis. Damasc. l. 3. c. 6. de O. F.  
ait: σωματικῶς, τῶν ἐστὶν ἐν σαρκὶ αὐτῆ. Oecumenio πὲρ σωματικῶς  
idem est ac ἐσωτερικῶς ἢ στοιχειωμένως, dum inquit: πᾶν τὸ πλήρωμα  
τῆς θεότητ  
εἶπὲ ἐστὶ. φησὶν ὁ θεὸς λόγος, ὅτι ἐν αὐτῷ καταικῆσῃ καὶ  
πῶς ἐνεστ, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἰσισωδῶς καταικῆσῃ τὸν θεὸν λόγον, καὶ κατὰ  
ἐπίστασιν ἐν τῷ ἡνώθει. Consentiant Athanas. orat. 4. contra Ar-  
rian. & Orat. 2. de Nat. Hum. contra Apollin. nec non Cyrill. lib. post. de  
rectā fide ad Regin. &c. Hinc & Veteribus Incarnatio dicta est ἐσωμά-  
τωσις, atq; eō respexerunt, cūm Hum. Christi Naturam templum inha-  
bitantis Deitatis vocarunt, conferentes locum Joh. 2. 21. Præterea signi-  
ficat etiam vox σωματικῶς terminum Unionis ad quem, quod sc. ita in

B

Hum.



Hum. suâ Naturâ omnis plenitudo Deitatis τῷ λόγῳ habitat, ut Divinitas Verbi cum templo illo suo unam hypostasin constituat, sicut etiam anima in corpore hominis ita habitat, ut ipsa cum corpore hominem absolvat. Et sic *σωματικῶς* idem est, quod *ὑποστατικῶς*, ex Græcæ Linguae usu, in quâ personæ nomine τῶν σωμάτων veniunt, ut non tantum apud Aristot. in Rhet. Demosth. Thucyd. Theogn. & alios, sed & apud 70. Interpp. Gen. 14. 28. c. 47. 12. videre licet.

*Σώματα πολλὰ τρέφει, καὶ δώματα πολλὰ ἀνεγείρει,*

*Εἰς πνίην οἶμος ἐστὶν ἐπιμοσότης,*

habet tritum sermone Proverbium. Atq; inde etiam Unio personalis *ἐνοικήσις σωματικῆ* appellari solet.

XIV. Sic expensis verborum singulorum Oraculi nostri momentis, PRIMò *Æternam & naturalem Christi Deitatem exinde deducimus*, quam ab initio Ecclesiæ, Novi præsertim Testamenti, varii impugnaverunt Hæretici. Et principio quidem Divinitatem Filii Dei primo Ecclesiæ seculo, ipso adhuc Johanne Evangelistâ superstite, Ebion & Cerinthus negarunt, & Christum nudum tantum hominem fuisse, neq; prius, quàm ex Virgine Mariâ nasceretur, extitisse statuerunt. Eundem errorem altero seculo Carpocrates, Artëmo, & discipulus ejus Theodotus Byzantius coriarius sparserunt, quos hac in parte tertiâ ætate securus est Paulus Samosatenus, Episcopus Antiochenus, *Filium Dei naturâ nihil nisi communem hominem esse asserens*, ut Eusebius ait. Sub initium quarti seculi exorta est hæresis Arii, Ecclesiæ Alexandrinæ presbyteri, qui *Filium Dei ex nihilo ortum, cum aliquando non fuisset, creatum item & factum* dicebat. Post eum Marcellus, Episcopus Ancyranus, & hujus discipulus Photinus, Episcopus Sirmienfis, P. Samosateni ante memoratum dogma reducerunt. Eadem ætate, quartâ scilicet, Macëdonius *Filium Dei Patri consubstantialem esse penitus negavit, similis tamen substantiæ eum dicendum sanxit, & τὸ ὁμοίσιον, loco τῷ ὁμοουσίῳ, excogitavit*, sicut Theodor. l. 4. de Hæret. fab. testatur. Quin & hoc tempore Aësius, Diaconus Antiochenus, & Eunomius Episcopus Cyzicenus caput extulerunt, qui docendo, *Filium Dei non tantum creaturam, sed & Patri planè dissimilem esse, Arianorum blasphemiam auxerunt*. Tandem superiore seculo Michael Serverus exortus est, qui Christum, antequam ex B. Mariâ nasceretur, nihil nisi in mente Dei fuisse, & illi Divinitatem, non per æternam generationem, sed per unctionem gratiæ, & inhabitationem.



tionem communicatam, ac proinde non Deum æternum, sed factum & temporalem dicendum esse blasphemavit. Vid. Bell. l. 1. de Christo c. 1. qui hæc è Serveti libris recenset. Servetianam hæresin, quæ & P. Samofateni, ac Photini est, Lælius & Faustus Socini, G. Enjedinus, Christoph. Ostorodus, Val. Smalzius aliq; complures gurgustii Racoviani vel DD. vel alumni interpolârunt ac propagarunt, naturam in Christi personâ præter Humanam nullam agnoscentes, quæ cum Humana in Unionem hypostaticam conveniat. Contrâ hos Deitas Christi nobis asserenda.

XV. Occurrit in præsentis loco *πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος* quod in Christo *σωματικῶς* habitare dicitur. Sociniani verba illa de plenâ & perfectâ voluntatis Dei cognitione, in Christo, ejusq; Evangelio refulgente, interpretantur. Vid. Socini verba, supra th. 2. allata, quem hic sequitur Smalzius resp. ad Disp. Franz, p. 67. Catech. Racov. p. III. Ostorod. p. 2. Disput. contra Tradel. & Volkel. l. 3. de V. Rel. c. 5. p. 47. & l. 5. c. 10. p. 417. ubi *Divinitatû nomine, ait, nec Dei, nec Christi natura, sed divine voluntatû notitia, Deiq; colendiaris intelligi potest, atq; adid debet.* In primis l. 6. c. 5. p. 641. probare conatur, Apostolum id dicere voluisse: *In Christo s. ipsum doctrinâ non aliquam Divinitatû partitalem contineri, qualis suo modo vel in Philosophiâ, vel in hominum sapientum institutis, vel in disciplinâ Mosaicâ comprehendi videtur, sed omnem plenitudinem Divinitatû, id est perfectissimam divine voluntatû explicationem comprehendî.* Socinianis Vorstius hac in parte suffragatur, ut patet è notis ipsius ad Disput. tertiam de Dei attributis p. 200. Ubi *Tota, inquit, Deitatû plenitudo non propriè totam Dei essentiam significat, sed potiùs universam Dei voluntatem & majestatem, quatenùs à vobis agnosci potest & debet.* Illis etiam ad stipulatur Alsted. p. 5. Theol. Polæm. p. 618. his verbis: *totam plenitudinem Deitatû dici in Christo habitare, quat. voluntas & maiestas, & benevolentia Dei in Christo solo reposita est, & per ipsum nobis patefacta, ita ut Deus se Christo communicarit corporaliter, non ex parte sed totum.* Et Polanus, dum l. 2. Synt. c. 2. p. 148. ait, *in Christo habitare omnem plenitudinem Deitatû corporaliter nihil aliud esse, quàm Deum in Christo se nobis plenè ac in solidum exhibere, ac proinde non esse quandam alibi vera cognitionis & salutis nostræ partem ullam.*

XVI. Alii ex Calvinianis nomine totius plenitudinû Deitatû designari volunt dona Dei excellentissima, ac finita, & gratiarum habiturialium ad Ecclesiæ regimen necessariorum plenitudinem. Ita Ursin. in explic.



plie. Catech. p. 241. Tossan. super Col. 1. 19. ubi scribit: *Uterq; locum (puta  
 c. 1. v. 19. & c. 2. v. 9.) accipi possit pro plenitudine gratiarum habitualium,  
 somnium donorum, requisitorum ad Ecclesia perfectionem & salutem, quæ  
 Ephes. 3. vocat πληρωμα τῆς Θεῆς.* Beza super Col. 1. v. 19. hæc annotat:  
*plenitudinis nomine significatur cumulatissima rerum divinarum copia,  
 quam Scholastici gratiam habitualem, à gratiâ Unioni distinctam, appel-  
 lant.* Quam Calvinianorum *Ψευδοπροφητεία* plane suam fecit G. Enjedi-  
 nus, scriptor sectæ Photinianæ non postremus, in Explic. loc. Scripturæ  
 p. 357. ubi, cum Bezae explicationem loci Col. 1. v. 19. laudasset, hunc in  
 modum concludit: *Ex quibus apparet., hic per plenitudinem divinitatē  
 nihil aliud, quàm dona Dei excellentissima, & Sp. S. copiam esse intelligen-  
 dam. Jam verò nemo propter dona Dei, quantumvis excellentia, verus &  
 æternus DEUS haberi debet.*

XVII. Verùm utraq; glossa facili negotio diluitur. Etenim nulli-  
 bi in Scriptura S. vel divina voluntas, ejusdemq; notitia & explicatio, vel  
 dona aliqua creata πᾶν πληρωμα τῆς θεότητος, dicuntur, sed vox θεότη-  
 τος nativâ & propriâ suâ significatione divinam infert essentiam: nec  
 uspiam plena voluntatis Dei cognitio, & dona finita in Christo σωμα-  
 τικῶς habitare perhibentur. Et cui, quæso, verba Apostoli in tuenti in-  
 mentem venire potest, illa hoc velle, quod voluntatis Dei notitia in  
 Evangelio Christi habitet? ingens certè hæc ἀκυρολογία est, qualis à ser-  
 mone S. S. longissimè exalat. Quid igitur homines isti novas, peregrinas,  
 Scripturæ ignotas phrasas & significationes vocabulorū nobis obrudunt?  
 Accedit, quod falsa hypothesis supponatur, in lege Dei imperfectè traditā  
 esse voluntatem Dei, vel rationem colendi Deum contra Ps. 19. 9. Deut.  
 4. 2. c. 12. 32. Deum non constant sibi satis Adversariis, quod evenire  
 solet iis, qui sine causa à litera recedunt. Enjedinus vertigine inconstan-  
 tiæ abreptus, jam vocem θεότητος de essentia vel substantia divina  
 accipit in explicat. h. l. p. 358. jam plenitudinem divinitatis nihil aliud  
 esse dicit, quàm *Sp. Sanctum, qui corporaliter, id est, visibili specie in Chri-  
 stum descenderit, in Christo manserit & habitavit.* l. c. p. 362. jam omnis  
 Deitatis plenitudo ipsi sunt omnia dona recondita & collocata in Christo,  
 & omnia bona, qua Deus Ecclesia & piis conferre solet, ibid. & p. 364. Aliis  
 hujus sectæ θεότης modò voluntatem divinam, modò potentiam volun-  
 tatis, modò manifestationem illius, modò rationem colendi DEUM  
 denotat.

XVIII.



XVIII. Nos omnem Deitatis plenitudinem, quam Apostolus in Christo σαματικώς habitare asserit, ipsam eternam, increatam, ac infinitam Filij Dei essentiam vel substantiam denotare dicimus. Pro hac ὀρθόδοξια confirmandâ sequentia fundamenta producimus.

XIX. (1) Quia Deitati in hoc loco competit definitio s. potius descriptio infinite ac eternæ essentia, quæ, describente Varino, est πάντα θεωμένη, καὶ πάντα ἀειθέουσι πνεύμα, καὶ ἀγαθότητι, παντελεῖ ἑαυτῆς ὑπερῶν, καὶ ὑπερέχουσι πάντα τὰ τῆς πνεύματος αὐτῆς ὑπερῶν, id est, quæ omnia intuetur, & omnia permeat providentiâ & bonitate planè perfectâ suâ, implens & exsuperans omnia, quæ ipsius providentiâ recipiunt, s. quæ ipsius providentiâ subsunt. Ergo & eidem Deitati competit definitum, quod videl. sit essentia infinita & æterna. R. C. est in apriico. Antecedens hunc in modum ostendimus: Deitas & ejus plenitudo competit Christo vel ὁμωνύμως, quod ipsi sit essentialis, vel ὁμωνύμως s. æquivocè tantum aut nominetenus, non reipsa, ut homo pictus dici solet homo, cum tantum sit imago s. figura hominis, toto genere ab illo differens, vel πικρονύμως s. denominativè, vel deniq; ἀγαλόγως s. per modum proportionis.

XX. Non hoc modo: Sic enim Christus esset Deus per metaphoram quandam ac similitudinem, adeoq; esset Filius Dei non proprius, sed metaphoricus contra Rom. 8. 32. Joh. 5. 18. per extrinsecam aliquam denominationem, non vero per æternam à Patre generationem, & essentia communicationem, contra Pl. 2. 7. ac proinde non esset unigenitus Dei Filius contra Joh. 1. v. 14, 18. c. 3. 16. 1. Joh. 4. 9. Nam si hæc appellatio accipiatur, ut jacet & sonat, ac prout humanus intellectus naturaliter super illam fertur, (quo sensu accipi omnino debet) Christum ex substantiâ Patris sui genitum, adeoq; verum & naturalem ejus filium esse, fateri oportet. Non πικρονύμως: Sic enim competeret Christo Deitas, quemadmodum Sanctis cōpetit per mysticū habitationis modum, id quod Personali Unioni repugnat, ut infra patebit. Neq; ob talem modum vera & essentialis Deitas desineret esse ipsa natura divina, sicut non desinit esse Deitas vel Deus ipse ob inhabitationem in templo corporis mystico. Non ὁμωνύμως: Etenim ejusmodi Deitas non est vera Deitas, quippè sui præter nominis communiatem nihil omnino rei subsit, qualis Dei-



tas est Idolorum Deitas, id est, fictitia & nulla. Undè idolum in mundo  
merum nihil esse dicitur 1. Cor. 8. 4. & Lev. 19. 4. idola dicuntur  
וַיִּלְלֵן Vanitates. Christus autem est *verus Deus* 1. Joh. 5. 20, quem  
locum *scriptam demonstrationem* vocat Athanas. in disp. contrà Arrian-  
ubi, *Aune*, inquit, *animadvertit*, (viri Arriani) *easdem voces de Patre &  
Filio proferri, equaliter Filio ac Patri Deitatem imputantes? Ut enim de  
Patre dixit: Hac est Vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, ita  
& hic de Filio dicit, Hic est verus Deus & vita aeterna.* Quod & Smalzius  
fateretur lib. de Divinit c. 12. p. 75. Quocircà relinquitur, ut Deitas Chri-  
sto competat modo primo, ac proinde Christus erit Deus *συνωνύμως*,  
hoc est, verus, essentialis, infinitus ac aeternus.

XXI. (1.) Quia Vox θεότης & veram infinitā & essentialem Deita-  
tem denotat. Ergo & θεότης eandem designat. R. C. Quia inter has duas  
voces nulla omninò differentia, quā sensum, intercedit, quod & Enjedi-  
nus agnoscit in explic. loc. p. 358. hinc ibidem ait, *nihil referre, utrum  
θεότης, an θεοτήτα quis legat aut scribat.* Beza quidem in annot. ad  
Col. 2. v. 9. ejusmodi discrimen inter θεοτήτα & θεότητα statuit, ut illa  
divinam qualitatem significet, atq; ideo per Divinitatem verti debeat,  
haec verò essentialiam divinam innuat, & per Deitatem reddenda sit. Sed  
id omninò fictum est: etenim θεοτήτα non minùs quàm θεότητα divi-  
nae essentialia exprimendae, non modò apud Ecclesiasticos scriptores, sed &  
apud sacros adhiberi constat. Certè θεότης Rom. 1. 20. est vera Deitas,  
alias θεία φύσις, Sap. 18. 9. dicitur: *καὶ τὸν τῆς θεότητος νόμον ἐν  
ὁμοιοῖα διέθεντο, legem divinitatù* (vel à Deo vero promulgatam) *in  
concordiā dispoſuerunt.* Quamvis autem alibi præter hunc locum in Vet.  
Testi. vox abstracta θεότης non occurrat, eò quòd in Hebræo Canone  
& extrà eum vox divinitatis in abstracto nuspiam extet, concretum ta-  
men de ipso DEO usurpatur, ut Job. 33. 4. πνεῦμα θεῶν dicitur.  
לֵא הוּרָר: Similis locus habetur c. 27. 3. Vid. & Exod. 31. 3. c. 35. 29. Prov.  
2. 17. Syr. 6. 37. sic Act. 17. 29. τὸ θεῶν Deitatem significat, quod ipse Be-  
za ad h. l. fateretur, qui & vocem hanc *Numen* vertit, ac si Græcè θεῶν scrip-  
tum esset. Syrus & Arabs per abstractum אלהותא & אלהותא red-  
dunt, quod idem est ac θεότης vel essentialia divina; undè etiam ab anti-  
quis Patribus, Damasceno, & aliis τὸ θεῶν de vero Deo adhibetur, illisq;  
idem est quod θεότης,

XXII. So-



XXII. Socinus in prælect. Theolog. e. 2. per θεότητα Rom. 1. 20. intelligit id quod nos Deus facere vult. At nusquam eo sensu vox ista occurrit, nec illum fert ipsa vocis vis ac nativa significatio, quâ notat divinitatem vel Majestatem Dei, quæ à parte rei ipse Deus est, non, quod nos Deus facere vult, quod maximè diversum à Deo, & quid extra ejus essentiam est. Præterea Apostolus hic circa præcepta & voluntatem Dei, ejusque specialem revelationem minimè occupatur, sed ut æternam Divinitatem aliquo modo è creaturis & fabricâ universi cognosci posse ostendat, de generali manifestatione potentia & Natura divina, per opera Creationis factâ, unicè agit. Ea etiam, quæ sequuntur, de essentia divina sermonem esse satis superq; docent Vid. v. 21, 23. Undè Enjedinus, hic vocem θεότητα de substantia Dei accipi, fatetur. Crellius, Socini discipulus, in inchoato suo super Epist. ad Rom. Commentar. p. 73. existimat, per Divinitatem intelligendum esse supremum, Numinis imperium, ac potestatem in omnia, ut pote opera sua; ac porro ea omnia, quæ cum hoc imperio sunt conjuncta, quale est, quod Deus cuncta moderetur & regat, omnia conserveat, omnibus prospiciat, & provideat; quæ explicatio longè sanior est Socini glossâ; licet potius τὸ ὄνομα τῆ θεῆ intrinseca divinitas, quæ Deo largitur ut sit Deus, quemadmodum Crellius cit. loc. commentatur, quàm externa potestas eâ voce significetur, quippè quæ per se nullum ad potestatem vel imperium respectum involvit.

XXIII. (3.) Quia plena, omnimoda, perfecta, absoluta, & integrâ Deitas Christo competit: Quocirca eidem quoq; essentialis, æterna, ac infinita Deitas tribuenda. R. C. quia essentialis, infinita & æterna Deitas, & plena, perfecta, & absoluta Deitas reciprocantur Antecedens ex vocabulis ampliatis πάντες, ἀληθῶματα, nomini θεότητα additis, & de Christo enuntiatis, clarissimum est. Illa enim omnem omninò defectum excludunt, & omnimodam perfectionem, plenitudinem absolutam, & consummatam integritatem denotant, quàm etiam Arabica versio voce لَنَدَد exprimit, ut ita πάν ἀληθῶματα τῆ θεότητα, usitato Hebraismo, nihil aliud sit, quàm omninò perfecta, plena, absoluta, ac terminata, sine carens Deitas, quomodo Veterum nonnulli exponunt. Similis loquendi modus occurrit Num. 22. 18. ubi plenitudo domus est plena & perfecta domus. Sic 1. Sam. 28. 20. plenitudo statura, plena & perfecta statura dicitur.

XXIV. Vol-



XXIV. Volkellius Socinianus l. 6. de verâ, ut scribit, Religi. c. 5. p. 64r. per omnem Divinitatis plenitudinem essentiam divinam designari negans, hanc inter alia rationem adducit, quòd Divinitatù omni plenitudine nominatâ innuatur Divinitatù istius partes quâdam esse. *Divina autem essentia s. substantia non distrahatur in diversas partes.* Sed istam genuinum Apostolicâ phrâseos sensus, quem modò dedimus, refellit. Et nûm partes statim infert, qui plenitudinem, vel totam plenitudinem dicit? nonne *negativo sensu* accipi potest, ut simplex omnis imperfectionis defectus, & partium negatio inferatur? quemadmodum Deus Metaphysicis *totum perfectionale* appellatur, quòd partibus astituat, eoq; perfectissimè unus, & absolutissimè perfectus sit.

XXV. (4.) *Quia τὸν πᾶν πληρωμα* Cap. 1. ad Coloss. v. 19. *infinite Dei λόγος* essentiam denotat. Ergò & eandem c. 2. v. 9. infert. R. C. Quia utrobiqu; eadem verba eodem scopo extant. Nam non minùs c. 1. quàm 2. habitans in Christo Deitatis plenitudo divinæ Christi Majestatis fundamentum constituitur, ut *ὡν ψία* docet, undè non potest non idem utriusq; loci sensus esse. *Antecedens* ex coherentiâ Textus cit. c. 1. Col. constat. Aliàs enim Creatio, gubernatio omnium, redemptio, & reconciliatio generis humani non possent Christo ibidem ad scribi, quippè quæ sunt infiniti principii, nim. ipsius æterni Dei. Cùm ergò v. 19. h. c. dicitur, quòd *in Christo Deus omnem plenitudinem habitare voluerit*, antecedentia v. 15, 16, 17. manifestè ostendunt, agi non solum de inhabitatione divinorum donorum, ut Calviniani juxtâ cum Photinianis fingunt, neq; de solâ corporis mystici, quod est Ecclesia, constructione, ut alii volunt, sed potentiam extruendi spirituale Ecclesiæ corpus ex potentia divinæ demonstratione circa creationem corporis physici, macrocosmi inferri.

XXVI. (5.) *Quia ab hac Deitatis plenitudine Christus gratiâ, veritate, & gloriâ plenus dicitur* Job. 1. v. 14, 16. *Gratiâ*, inquam, absolute tali, id est, immensâ & divinâ; ejus quippè plenitudo est ipsius λόγος, & planè inexhausta, è quâ omnes gratiam pro gratiâ accipiunt, absq; ullâ ejus imminutione: *Gloriâ* item infinitâ & æternâ; est enim gloria, quam Filius Dei ante mundum conditum, ubi non fuit nisi mera æternitas, apud Patrem habuit Joh. 17. 5. est gloria eadem quæ Dei Patris Matth. 16. 27. est gloria, quam toto *συνώσιως* inter homines tempore,

manis



manifestavit, præcipuè in miraculis Johan. 2. 14. Ita; istud θεότης  
πλήρωμα, de quo locus noster Paulinus, ipsa divina essentia est. R. C.  
Quia denominatio alicujus rei suū fundamentū sequitur, & talis est, qua-  
lis à forma s. fundamento denominante permittitur: unde quemadmodū  
e. c. niger propter nigredinem, justus propter justitiam, humanus pro-  
pter humanitatem dicitur, ita Christus gratiā, veritate & gloriā infinitā  
pleus dicitur propter immensā gratiæ, veritatis & gloriæ, id est, ipsius  
Deitatis essentialis, plenitudinem. Et sanè, cū præter hanc, apud Pau-  
lum commemoratā, Deitatis plenitudinem nulla alia, quæ quidem Chri-  
sto ut propria & essentialis competat, in Scriptura indicetur, ab istā Chri-  
stum πλήρην χάριτος, ἀληθείας, καὶ δόξης apud Johannem dici ma-  
nifestum est.

XXVII. (6.) Quia ob hanc Deitatis plenitudinem Christus genui-  
num nostræ salutis principium est. Sequitur itaq; quod ista Deitatis pleni-  
tudo sit increata ipsius Dei essentia. R. C. Quia principium salutis esse,  
infinitam δύναμιν ἢ ἐξουσίαν requirit, & hæc εἰσὶν vel essentiam divi-  
nam ejus, cujus ista δύναμις propria, infert. Ergo quod principium sa-  
lutis est, illi divina essentia denegari nequit. Antecedens manifestum est  
è contextu c. 2. ad Coloss., in quo Apostolus à Colossensibus constan-  
tem in Christo Perseverationem requirit, quandoquidem ipse sit genui-  
num salutis principium; esse enim (1.) viam ad salutem & vitam æter-  
nam v. 6. cit. c. 2. conf. Joh. 14. 6. (2.) arborem & vitem veram, ramis  
& palmitibus sibi infitis succum & alimoniam ad vitam æternam suppe-  
ditantem ibid. v. 7. conf. Apoc. 2. 7. Joh. 15. 1. & seqq. (3.) spirituale fun-  
damentum & salutis, & Ecclesiæ suæ ibid. v. 7. Matt. 16. 18. Eph. 2. 20, 21, 22.  
eo modo, ut omni, qui est ἄλλο, h. e. diversæ numero à se essentiæ, op-  
ponatur 1. Cor. 3. 11. (4.) fidei objectum, ejusq; consummatam βεβαίω-  
σιν ibid. v. 5, 7.

XXVIII. (7.) Quia ex hac Deitatis plenitudine ad membra Christi  
summa infinite satisfactionis, justitiæ ac vitæ æternæ consummatio redun-  
dat, de quâ Col. 2. v. 10. Ea igitur plenitudo est infinita ipsius Dei essen-  
tia. R. C. Quia satisfacere infinitæ Dei justitiæ, justificare peccatores,  
remittere eis peccata, justitiam ac vitam æternam iis acquirere & largiri  
sunt effectus infiniti principii, & divinæ ac supremæ potestatis influxum  
requirunt. Antecedens è d. l. Col. 2. 10, liquet, ubi Apostolus, Et est,  
C inquit;



inquit in isto completi. Nim. spiritualis hæc nostra in Christo consummatio in legis impletione, nostriq; justificatione consistit. In Christo enim, qui finis legis Rom. 10. 4, complementum & perfectionem legis habemus, in eo ab omni peccato & maledictione liberati sumus, iusti coram Deo habemur, & filii Dei ac vitæ æternæ hæredes evadimus. Accedit, quòd in Christo completi reddamur, novæ justitiæ, & vitæ in nobis per Sp. Sanctam inchoatione: Quicquid enim Veteris Adami, & infirmitatum in nobis in hac vita reliquum est, hoc Filius Dei tegumento infiniti sui meriti operit, ne in conspectum Dei veniat, ut ita perfecti & consummati coram Deo habeamur, ob Christi capitis nostri plenitudinem & summam perfectionem, Deniq; in alterâ Vitâ in Christo completi reddimur, plenâ bonorum, per lapsum Adæ amissorum, restitutione: tùm enim Christus omnia ea perfectissimè in nobis restituet, nos consummatâ justitiâ, perfectâ sapientiâ & sanctitate ornabit, & æternam vitam nobis possidendam dabit.

h  
XXIX. (8.) *Quia hæc in Christo habitans Deitatis plenitudo est causa efficiens & fundamentum circumcisionis ἀρχεσποιήτης, de quâ Col. 2. v. 11. Certissimum igitur est, istam Deitatis plenitudinem esse infinitam Dei essentiam. Ratio Conseq. Quia ἡ ἐπιμήτη ἀρχεσποιήτης est ipsius Dei operatio Deut. 30. 6. Ezech. 36. 25, 26, 27. Divina autem operatio θεία δύναμις, & hæc divinam essentiam infert, Antecedens συνέχεται Textus Paulini c. 2. Coloss. ὁ φθάλμοφανεῶς ostendit: Is enim v. 11. de Christo inquit, In quo (s. per quem.) & circumcisi estis circumcisione ἀρχεσποιήτης (hoc est, verè divinâ circumcisione: Nam hac loquendi ratione Scriptura de isto utitur, quod Deus ipse potentissimè efficit & operatur Vid. locum Heb. 9. v. 11. eūq; conf. cū c. 8. v. 2.) per detractionem corporis peccatorum (h. e. vis ac potentia peccatorum, quâ peccatum in hominibus dominatur Vid. Rom 6. 6.) ἐσθῆ (in carne) per circumcisionem Christi (vel potius vi ac virtute circumcisionis Christi), baptizatis opus esse negat, ut circumcidantur, quia per Christum in Baptismo circumcisione ἀρχεσποιήτης circumcisi sint, dum corpus s. potentia peccati in carne ab illis ablata. Hujus igitur spiritualis circumcisionis autor & efficiens causa Christus esse perhibetur, ideò, quòd tota Deitatis plenitudo in ipso habitat, qui proinde non nudus Homo, sed & Deus est, siquidem spiritualiter circumcidere Dei proprium est.*

XXX.



XXX. (9) Quia hujus Deitatis virtute Christus exspoliavit aī dē  
 vicit inimicos nostros spirituales Col. 2. v. 15. Nempe (1.) Diabolum, &  
 universam ejus cohortem, quæ etiam Ephes. 6. 12. τῶν δαχῶν καὶ τῶν  
 ἐξουσιῶν nomine venit. Confer Luc. XI. 22. it. Hebr. 2. 14. qui locus est  
 omnino ἀποστολικός Protevangelii Gen. 3. 15. Christus enim est semen  
 mulieris ἀποστολική Δεσφάμ v. 16. Hebr. 2. habet σάρκα καὶ αἷμα, ut ha-  
 bent, qui ex semine mulieris. Contritio est κατάρρησις. Caput serpen-  
 tis est κρατὶς θανάτου ἐν Διαβόλῳ. Caput autem κρατὶς est & ἐξου-  
 σία. Objectum κατάρρησις igitur est Διάβολος κρατὶς ἔχων τῆ  
 θανάτου Hebr. 2. 14. (2.) Peccatum 1. Cor. 15. 56. Rom. 6. 6. huc & per-  
 tinet, quod 1. Joh. 3. 8. Christus dicitur λύων τὰ ἔργα τῆ Διαβόλου, ubi pec-  
 catum & omnia peccati per se consequentia intelliguntur. (3.) Mortem  
 Esa. 25. 8. 1. Cor. 15. 26, 54. spiritualem & animæ cum primis 2. Tim. 1. 10.  
 Joh. 8. 51. ubi θεωρία θανάτου est de morte æternâ, sc. illius mortis, cujus  
 est autor immediatus & principalis Diabolus, qui vocatur ἀνθρωποκτό-  
 νος Joh. 8. v. 44. cujus remedium est fides, quam potissimum respicit  
 v. 45. in quâ illi sunt, qui sunt ex patre suo Diabolo, qui concupiscen-  
 tias Patris sui perficiunt v. 44. cujus antidotum primò est ἀληθεία  
 veritas promissionum cœlestium, v. 45, 46. in quâ hærent, qui non sunt  
 ex Deo vers. 47. cujus abolitio præmium est primarium & principale  
 τηρήσεως τῆ λόγου τῆ ζωῆς v. 51. Quæ aliud quid est, quàm mors Abra-  
 hæ & Prophetarum: malè enim sermonem Christi interpretati sunt Judæi,  
 quòd de naturali animæ à corpore solutione id intellexerunt, quod de  
 θεωρία θανάτου Christus dixerat v. 52. Est igitur mors animæ, cujus  
 θεωρία à sollicitis Verbi divini custodibus evitatur (4.) infernum Os. 13.  
 14. 1. Cor. 15. v. 54, 55. De horrendis his & potentissimis generis humani  
 hostibus reportatæ à Christo juxta Apostolum Col. 2. 15. victoriæ causam  
 efficientem esse habitantem in Christo Deitatis plenitudinam è cohærens  
 tiâ Textus Col. 2. perspicuum est. Et sanè, cum planè divinum opus sit,  
 ejusmodi hostes vincere. & debellare, omniq; eos armaturâ, omni in nos  
 potestate exuere, atq; sic exspoliatos captivos ducere, deq; illis palam  
 triumphum agere, id ipsum puræ & finitæ Humanitati Christi conve-  
 nire nequit, adeòq; habitanti in Christo plenitudini Deitatis in soli-  
 dum acceptum esse ferendum relinquitur, quæ idcirco increata  
 ipsius Dei essentia est.



XXXI. (10.) *Quia ob hujus Deitatu plenitudinu inhabitationem*  
*Christus divina omniscientia particeps factus est, Col. 2. v. 3.* Hoc quippe  
loco omnes sapientiae & scientiae thesauri ipsius Deitatis sapientiam &  
notitiam designant, haudquaquam verò creatam & finitam, ut Calviniani  
contendunt. Etenim nusquam in Scriptura finita sapientia omnium thesau-  
rorum sapientiae & scientiae nomine venit, quo contra infinita vocatur  
Rom. XI. 33. Neque verborum *ἐμφανίς* particularem eamque creatam sa-  
pientiam admittit; omnes enim sapientiae & scientiae thesauri in Christo  
esse dicuntur: ubi particula *omnis*, sensu distributivo sumpta, omnem  
omnino defectum negat, & nihil scientiae & notitiae reliquum esse in-  
dicat, quod in Christo non sit reconditum. Hanc universalitatem etiam  
Arabs voce *فرد* emphaticè exprimit, quae omnimoda & absoluta rei,  
cui additur, totalitas designatur. Et sane, cum ab his sapientiae & noti-  
tiae thesauris ad *agnitionem mysterii Dei, & ad omnes divitias certitudinis*  
*cognitionis* illuminemur, atque in verà fide crescamus Col. 2. v. 2, illos infi-  
nitam Dei scientiam sonare oportet. Hos jam omni scientiae thesauros A-  
postolus Christo ob inhabitationem plenitudinis Deitatis tribuit, & eos  
in ipso non secundum Deitatem sed Humanitatem absconditos esse in-  
vuit. Nimirum ratione Deitatis est ipsa Sapientia Prov. 8. Matth. XI. 19.  
1. Cor. I. 24. Ergò in eo, quae Deus est, sapientia abscondi nequit. Et si-  
cut Deitas in Deitate non habitat, siquidem in Deo omnis compositio  
exulat, ita nec in Divinitate, quae simplicissimus & purissimus aëlius au-  
dit, quicquam absconditum est: aliud namque est id, quod absconditur,  
& aliud id, in quo absconditur. At secundum Humanitatem absconditum  
in Christo sapientiae thesauri rectè dicuntur tum ratione *modi cognoscen-*  
*di* ex parte nostri s. mundi, 1. Cor. I. 23. c. 13. 9. quo sensu Chemnitius no-  
ster terminum *ἀπόκρυφον* Qui accipit lib. de duabus Naturis c. 24. p. 175.  
tum ratione *Unionis hypostatica* ac *modi participationis* Joh. 1. 14. Vid. in  
hanc sententiam Thomam de Aquino super Col. 2. 3. phrasin Apostoli-  
cam egregiè illustrantem: tum *ratione modi operandi* in statu Exinaniti-  
onis Phil. 2. v. 6, 7. His ita se habentibus h. m. colligimus: Ob cujus  
Deitatis plenitudinis inhabitationem Christus divinae omniscientiae par-  
ticeps factus est, illa Deitatis plenitudo est increata, infinita, h. e. ipsa Dei  
aeterna essentia. Patet consequentiae robor: siquidem omni scientia est  
necessarium Dei attributum, imò accuratè loquendo nihil aliud est, quam  
ipsa Deitas vel essentia Dei: *Quicquid enim in Deo est, Deus est, totum*  
*quod*



quod in eo est, unum est, habet S. Hilarii effatum. Qui proinde omniscientiam participat, ei certè essentialis Deitas denegari nequit. Atqui ob huius Deitatis, quæ de loquimur, plenitudinis inhabitationem Christus omniscientiæ particeps factus est, nempe secundùm Humanitatem E.

XXXII. Frustrà hic Calviniani juxtà cum Sociniani obvertunt, (1) quòd verba Apostoli, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, non minùs, imò aptius ad nomen mysterij h. e. ad Evangelium de quo v. 2. quàm ad Christi nomen referri possint* (2) quòd hoc iisdem innuatur, *in Christi cognitione universam sapientiæ & scientiæ nostri rationem absolvi & consistere, adeoq; loqui Apostolum non de scientiâ & sapientiâ, quæ Christus in se sapiens est, sed de eâ, quæ nos debemus esse sapientes & intelligentes: Nam quod ad prius, ovvé Χερα Textus, & usus pronominis q̄ ordinarius, quo immediatè antecedens spectat, subjectum genuinum huius ὁφείας καὶ γνώσεως Christum esse docent; immediatè enim vox Χερα præcedit* Vid. similia loca Col. 2. v. 9, 11 c. 1. X 4, 15, 16; 17, 19. Ephes. 2. 21, 22. Tum verò in mysterio Christi vel Evangelio non sunt absolutè omnes sapientiæ & cognitionis thesauri; nec uspiam in scriptura de mysterio Christi dicitur, quòd in eo sint sapientiæ & scientiæ thesauri absconditi, sed hoc potius inibi docetur, quòd *mysterium* Evangelij ipsum olim absconditum fuerit, jàm autem patefactum Rom. 16. 25, 26. Tit. 1. 3. Quicquid etiam sapientiæ, & cognitionis in Evangelio est, id non est absconditum in ipso, sed revelatum, siquidem hoc est officium Evangelij, non absconditos habere sapientiæ & notitiæ thesauros, sed manifestatos & patefactos. Quibus accedit, quòd plenitudo Deitatis in Christo, non in doctrina Christi, habitare dicatur hoc Cap. 2. v. 9. ut supra ostensum. E. & in eodem illo omnes thesauri sapientiæ & cognitionis reconditi sunt. *Quod ad posterius, fatemur equidem Lutherum, Flacium, & alios Orthodoxos Theologos per omnes thesauros sapientiæ & scientiæ in Christo absconditos intellexisse veram ac perfectam sapientiam, quæ sit in cognitione Christi, h. e. ut Christum juxta personam & officium rectè agnoscamus; sed hæc interpretatio non est opponenda illi, quæ thesauros omnis sapientiæ in Christo absconditos de sapientia divina, quæ in Christo est, exponit: propter hanc enim prior ille sensus verus evadit. Scilicet quia Christus ratione Deitatis quidem est ipsa Patris sapientia, ratione Humanitatis autem divini sapientiæ thesauros in*



se reconditos habet, idcirco, qui Christum novit, hunc omnia scire, quæ quidem ad æternam salutem, & Christianis ad perfectionem sunt necessaria. Cæteroquin in propatulo est, primum hujus loci sensum, non esse de sapientia nostra, sed de sapientia, quæ in Christo est: de ipso namq; Christo, ut jam evictum, Apostolus asserit *ἐν ᾧ πάντες οἱ θεοὶ τοῦ κόσμου τῆς σοφίας καὶ γνώσεως δόξαν ἔχουσιν*. Manifestè etiam de omnibus cognitionis & sapientiæ thesauris loquitur, quos certè nostra sapientia haud quaquam complectitur.

XXXIII. (XI.) *Quia plenitudo hujus Deitatis in Christo est principium & causa creationis & conservationis omnium.* Creationis opus S. scriptura soli Deo acceptum fert Esa. 44. 24. conf. Job. 9. 8. & illi sic proprium facit, ut per idem à fictis Gentilium Diis omnibus eum distinguat Psal. 96. 5. Jer. 10. 11, 12. conf. Esa. 40. 12. & seqq. c. 45. 5, 6, 7, 12. c. 48. 13. Sed & conservatio rerum verè divinum opus est, quippè quæ nihil aliud est, quàm continuata creatio, sicut conservatio Luminis Solaris nihil aliud est quàm perpetua ejus è Sole emanatio; nec à creatione reapse, sed connotatione tantùm, ut loquuntur, differt, dum creatio productionem præcise & simpliciter, conservatio autem productionem continuatam significat. Utrumq; autem opus Christo Apostolus tribuit Col. 1. v. 16, 17. inquit: *Quòd per illum condita sunt omnia, quæ in celo, quæ in terrâ sūt, visibilia & invisibilia, throni, dominationes, principatus, potestates, omnia per ipsum & in ipsū condita sunt, & omnia per illum consistunt* conf. Ebr. 1. 3. Qui proinde genuinum creationis & sustentationis omnium rerum principium est, & quidem ratione totius plenitudinis Deitatis in ipso habitantis; Nam ratione Humanitatis non fuit tempore creationis rerum omnium, multò miàs absolutè ante omnia, sed secūdū eam in tempore è Virgine natus est Mat. 1. 20, 21. Luc. 2. 31. Gal. 4. 4. nec quæ Homo omnia ex nihilo creare potuisset, cum eatenus essentiæ & potentiæ finitæ sit; creatio autem est opus infinitæ virtutis. Hinc ita inferimus: *Quæ plenitudo Deitatis est principium & causa creationis & sustentationis omnium, illa est infinita, increata, & sic ipsa Dei æterna essentia.* Ratio connexi est in aprico, quia ejus modi principium potentiæ & essentiæ infinitæ ac increatæ esse oportet. At, qui tota Deitatis plenitudo in Christo habitans est principium & causa creationis & sustentationis omnium, uti patet ex dictis E.

XXXIV. Nec est, quod hic Sociniani excipiant (1.) *Cùm PER Christum omnia creata dicantur, inde eum non primam & supremam, sed secundam*



dam & intermediam creationis rerum causam esse (2.) Per Synecdochē totius precipuam rerum omnium partem intelligi verbis, quæ sunt in cælo, & in terrâ, nīm. Angelorum ordines & homines. (3.) Creationem accipiendam esse de nova Angelorum & hominum reformatione. Nam q̄. ad (1.) attinet Resp. Particulam *Ἀπὸ τοῦ* etiam de causis primariis in scripturâ S. usurpâri, & Deo Patri tribui, V. inter alia Joh. 6. 57. Rom. 6. 4. 1. Cor. 1. 1. 9. Ebr. 2. 10. Gal. 1. 1. Quid quòd tūm omnia tūm quædā in scripturis per Christum facta commemorentur absq; causâ mediæ respectu v. Joh. 1. 3. Eph 3. 9. Ol. 1. 7. Gal. 1. 1. Neq; cūm Verbo domini, Spiritu oris ejus, per Sapientiam Dei, res creatæ dicuntur, causa organica & intermedia designari potest, cūm talis in creatione omnium locum non habuerit. Quod verò in presenti loco vocula *Ἀπὸ τοῦ* causam principalem indicet, ex eo manifestum, tūm quòd ibidem Christus Autor & causa dicatur creationis omnium, quæ non nisi causam primam & supremam agnoscit, tūm quòd per illum ut *Dei imaginem* omnia producta v. 15. tūm quòd absolute & universim omnia per Christum creata v. 16. tūm quòd in ipsum omnia condita ibid. quod causâ supremæ argumentum esse vult Schlichting. adversus Meisn. de S.S. Trin. p. 310, 311. Cūm ergò per *Filium* omnia facta dicuntur, non provenit ex quadam inæqualitate, quæ ratione potentia aut operationis intercedat inter Patrem & Filium, sed ex ordine, quem ratione originis personæ divinæ inter se habent; nempe, quia Filius à Patre est, & potentiam creandi, quæ in ipso & Patre eadem, à Patre per æternam generationem accepit, idèd dicitur per ipsum Patrem operari & fecisse omnia, quamvis & de Filio in recto casu dicatur, quòd sit *Dominus ille, qui fundavit terram, & cujus opera sunt cæli, vel qui creavit omnia* Psal. 102. 26. Ebr. 1. 10. Scriptores quidam Ecclesiastici, iiq; antiquissimi, Filium Patris instrumentum locutione admodum durâ & impropriâ dicentes, ex pio charitatis affectu excusandi sunt, cūm aliàs de Deitate Filii rectè sentiant.

Ad (2.) Resp. Synecdochē istam merum esse commentum: Ubi enim vel vola vel vestigium illius in Textu? Quin universalem potius significationem indefinita τῶν ἐν τοῖς ἔθαινοῖς καὶ τῶν ἐπιτῆς ἡς positio manifestissimè arguit.

Ad (3.) Resp. ἐκ τῶν προπρῆ creata sunt denotat, quæ significatio tamdiu à nobis retinetur, donec urgentissima ratio fuerit adducta, ob quam aliter, figuratè sc., de reformatione accipi & explicari oporteat:

Quia



Quin nec usquam simpliciter & absolute positum reformationem significat. Accedit, quod creationem hanc Adversarii de ejusmodi reformatione exponant, quæ neq; creatio, neq; reformatio, vel in scripturis, vel in communi loquendi usu dicitur. Quippè eam in hoc sitam ajunt, quod Christus tam rerum cœlestium, quàm terrestrium, Dominus esse, & eas gubernare ceperit. At ubi, quæso, creati dicuntur, quæ novum Dominum accipiunt? Quis unquam hunc in modum res condi dixit? Ubi hoc sensu vox reformationis capitur? Taceo, quod uni voci ἐκτίθη, semel tantùm h. l. positæ, duplex, eaq; toto cœlo distans significatio ab Adversariis tribuatur, dùm illis simul & semel, tum interiorem mentis reformationem, tum externam politicæ & hierarchiæ mutationem, noceat; illam quoad homines, hanc quoad Angelos, quod oppidò absurdum. Nam unius vocis in eodem loco diversa & contraria vel disparata significatio esse nequit; nec recta verborum copulatio & connexio geminam significationem h. l. patitur, sed demonstrat potius, uno & eodem modo ac sensu intelligenda esse verba illa, per eundem creata sunt, eum de iis quæ in cœlo, & cum de iis, quæ in terra sunt, prædicantur, quod ipse Smalcus contra seipsum probat lib. de Divin. Chr. p. 99.

XXXV. (12.) Quia ab hac Deitatis plenitudine Christus substantialis invisibilis Dei imago dicitur Col. I. v. 15, 16, 17. Heb. I. 3. quæ fundatur in communicatione ejusdem numero essentia divinitatis per æternam generationem, quæ Filius Dei à Patre, ut eo cujus est imago, procedit, & eisdem ὁμοῖον est, siquidem duo hæc ad imaginis rationem requiruntur, processio, & convenientia cum eo, à quo procedit. Quod verò Socinus resp. ad 8. c. Wujek. p. 16. contendit, Christum ideò imaginem s. characterem hypostasis Dei dici, quia ipsum Deum, alioquin inaspectabilem nobis aspiciendum exhibet, i. e. ejus voluntatem sibi perfectissimè participatam, & potentiam perfectissimè communicatam nobis ostendit, id omnino falsum est. Nam ipsa characteris s. imaginis natura & appellatio docet, Filium Dei non dici imaginem, quæ, Dei voluntatem & potentiam verbo & opere nobis ostendit, sed quæ illi Deo suam formam veluti impressit, quod & Schlichting. Photinianas in comment. Epist. ad Ebr. ad v. 3. c. 1. fatetur. Nam ἐκὼν ἐστιν, ἧς ἡ γένεσις ἀπὸ μίμησως, ut verè Justinus Martyr in quæst. & resp. ad Græc. pronunciat. Et sanè, cum Filius Dei in casu recto & absolute imago Dei appelleretur, atq; ad eò essentialis & completa κατ' ὁμοῖον imago Dei fit, id nominis, non ratione officij



ficij Prophetici, sed potius ratione essentia & Deitatis ipsi convenire  
 manifestum est. Quid quod disertè character *της ὑμοεισεως* Patris dica-  
 tur Ebr. i. 3. quæ vox *proprie* substantiam & personam, non verò volun-  
 tatem s. potentiam denotat; Et hinc Filium Dei characterem s. imagi-  
 nem Patris *substantialem* esse intelligitur, qualis certè non est ratione  
 muneris sui prophetici, cum hoc ad actiones, non ad substantiam refe-  
 ratur. Adhæc, non *καθ' ἑαυτῶς*, sed ratione Dei invisibilis, & *ὑποεισεως*  
 s. substantia Dei imago dicitur, quæ ipsam Dei substantiam in se expres-  
 sam habet, eadem q; Deo planè geminus est. Adde, quod Apostolus Col.  
 i. v. 15. Christum imaginem Dei invisibilis vocet, quæ est primogenitus  
 omnis creaturæ; hæc namq; duo nomina se mutuo illustrant. Quid au-  
 tem hoc ad voluntatis Dei annunciationem, & potentia Dei patefactio-  
 nem? Fuit certè imago Dei annunciationem, & potentia Dei patefactio-  
 nem? Fuit certè imago Dei invisibilis, antequam voluntatem & poten-  
 tiam Dei hominibus revelaret Vid. Col. i. v. 16, 17. Taceo, quod Apo-  
 stolus hoc ipsum, nempe Filium Dei esse imaginem substantia Dei, tum ex-  
 piationis & purificationis peccatorum, quam Filius Dei per se ipsum fe-  
 cit, tum sessionis ad dextram Majestatis fundamentum constituat, Ebr. i.  
 v. 3. quale equidem ab ipso præstita voluntatis & potentia Dei revela-  
 tio esse nequit, cum & Apostolis, atq; aliis Dei ministris eadem tribuen-  
 da veniat. Omitto, quod ex illâ Socinianâ explicatione sequatur (1.)  
 Apostolos etiam simili ratione imaginem Dei, & characterem substan-  
 tia Patris dici posse (2.) Filium Dei sui ipsius & Sp. S. imaginem fore,  
 appellandum, quod in munere suo prophetico constitutus, non modò  
 Dei Patris, sed & suam ac Spiritus S. de salute nostrâ voluntatem ac po-  
 tentiam nobis annunciarit & revelarit. (3.) Eundem in æternum ima-  
 ginem Dei non mansurum, quoniam in æternum præconio verbi & mi-  
 raculorum voluntatem & potentiam Dei non patefaciet, sed in alterâ  
 vitâ Deus nobis omnia in omnibus erit. Cor. 15. 28. & quæ hujus gene-  
 ris alia. Ea autem omnia cum absurda sint, absurda etiam esse oportet.  
 assertio illa, ex quâ ista consequuntur, Filium Dei ratione revelationis  
 voluntatis & potentia Dei characterem s. imaginem Dei appellari.

XXXVI. (13.) Quia secundum hanc Deitatis plenitudinem Christus  
 ante omnes creaturas existit ex Col. i. v. 15, 17. ubi *πρωτον γεννητος* & *πρω-  
 τος* dicitur, quod prius sit genitus, quam ulla creatura produceretur,  
 tum quod per eum omnia condita sunt, quæ in celo & in terrâ, visibilia &  
 invisibilia, tum quod ipse est *πρωτον* ante omnia, & omnia per eum  
 consistunt.

D



consistunt, ut in Textu sequitur. Falsò itaq; Sociniani ex hoc nomine Christi creatoram esse concludunt: qui & frustra hinc urgent, *primogenitum semper in eorum esse numero, quorum præter parentes primogenitus dicitur*; Constat enim, primogenitum interdum vocari *negativè & absolute*, ut non sit è numero aliorum, nec ad alios post genitos referatur. Ita primogenitus dicitur etiam, quem fratres non sequuntur, velut Christus  $\pi\epsilon\rho\omega\tau\omicron\upsilon\kappa$  matris suæ vocatur Luc. 2. 7. Notum etiam, quòd *primogenitus* apud Hebræos nomen *dignitatis* sit, & excellentiam in suo genere, sive bono, s. malo, designet, ratione appellationis inde petita, quòd primogeniti in V. T. pro reliquorum fratrum Dominis, & totius familiæ principibus haberentur Gen. 49. 3. 1. Paral. 5. 2. 2. Par. 21. 3. ut primogeniti pauperum Esa. 14. 30. dicuntur pauperissimi & miserissimi, q. d. mendicorum & pauperum primarios veluti Duces Vid. & Job. 18. 13. Exod. 4. 22. sic Christus primogenitus ex mortuis Apoc. 1. 5. Col. 1. 18. dicitur, quòd præstantissimus & dignissimus sit omnium, qui è mortuis resurgunt, seu, quòd primatum inter eos obtineat, quamvis aliæ etiam hujus appellationis rationes sint obviæ, de quibus aliàs. Sic ergò manifestum est, quòd nomen primogeniti eum, qui illo insignitur, ex aliorum ordine & numero esse per se non arguat.

XXXVII. Præterea commat. 17. cit. c. 1. ad Colof. Filius Dei *ante omnia esse* perhibetur, quâ loquendi ratione illum super omnes creaturas *eminenter existere & præexistere* ostenditur. Hanc æternitatis descriptionem Christus ipse, ut substantialis Dei sapientia, latius deducit Proverb. 8. v. 22, 23. & seqq. dum, *Dominus*, inquit, *possedis me principium via sue, antiquitatem* (longè antiquissimam) *ab operibus suis* (quando nondum erant opera ejus) *ex tunc. A seculo inuncta sum, à principio* (non habente principium,) *ab antiquitatibus* (antiquissimis principiis, id est, cum nondum erant prima principia) *terra*. Nam particula  $\eta$  (ut hoc ad loci hujus classici illustrationem  $\epsilon\upsilon\ \pi\rho\omega\delta\delta\epsilon$  notem) seu verbis, s. nominibus, s. etiam particulis iuncta, simpliciter sæpè negationem significat. Ut Esa. 8. 11. Et (Dominus) erudit me *ab eundo* ( $\eta\ \mu\epsilon\ \eta\ \mu\epsilon\ \eta\ \mu\epsilon$ ) quòd non debeam ire, ut habet  $\eta\ \mu\epsilon\ \eta\ \mu\epsilon$  in viâ populi hujus: adde Psal. 69. 24. Deut. 33. 11. c. 29. 20. Esa. 10. 27. c. 17. 1. Thren. 4. 9. Zeph. 1. 6. 2. Sam. 20. 2. Esa. 54. 9. Mich. 3. 2, 3. c. 5. 1 (al. 2. Sic Hof. 9. v. 11, 12. Ephraim: *Sicut avis, volabit gloria eorum: à partu* ( $\eta\ \mu\epsilon\ \eta\ \mu\epsilon$ )

NON



non erit pariens conf. Esa. 37. 3.) & ab utero ( **וּמִבֶּטֶן** nec uterum fe-  
rens ) & à conceptu ( **וּמִהַרְיוֹן** nec concipiens ). Quin si educaverint li-  
beros suos etiam orbabo eos ab homine ( **מִיָּדָא** ita ut nec homo nec  
ullus eorum maneat superstes ) Addo Esa. 43. 13. ubi DEUS:  
**הוּא הוֹנֵה יוֹם אֲנִי הוֹנֵה יוֹם** etiam à die ego sum, ( **יוֹם** quando nondum  
erat ullus dies, ut Kimchi explicat **יוֹם שֶׁהָיָה יוֹם**, & subjungit  
**מִלִּפְנֵי הָעוֹלָם** ac si diceret: antequam mundus fuit )  
Eam particulæ hujus vim in adducto loco Proverb. 8. tres ibidem se-  
quentes versus adeò evidentè evincunt, ut negare non possit, nisi qui  
manifestam ipsi datâ operâ Textui viam inferre statuit. Quid enim  
**מִפְּעֵלָיו** ? quid **מִקְרָמָיו** ? **בְּאֵין** in non ( quando nondum  
erant ) **אֲבַיְסִי** genita sum: **בְּאֵין** in non ( quando nondum erant ) fontes  
pleni aquarum v. 24. in nondum ( quando nondum ) montes fixi ( s. fundati )  
erant: **לְפָנַי** ante colles genita sum v. 25. **לֹא עָרַע** adhuc non ( non-  
dum ) fecerat terram, nec tura: ( quin ) nec principium pulvisculorum orbis  
v. 26. Hanc infinitæ æternitatis luculentam descriptionem esse quis in-  
ficiabitur ? Quam proinde Sp. S. in N. T. Scripturis expressurus phra-  
sin **πρὸ καταβολῆς κόσμου** Eph. 1. 4. 1. Pet. 1. 20. Joh. 17. 24. & **ἀπὸ  
καταβολῆς κόσμου** Apoc. 17. 8. item **πρὸ χρόνων αἰωνίων** 2. Tim. 1. 9.  
Tit. 1. 2. & **ἀπὸ τῶν αἰώνων** Eph. 3. 9. Col. 1. 26. promiscuè usurpat. Quin,  
idem quod per **מִפְּעֵלָיו** ab operibus Prov. 8. 22. per **לְפָנַי**  
ante colles Prov. 8. 25. efferre voluit. Cæterùm æterna illa ante omnes  
res creatas existentia, quæ duobus illis epithetis ex Col. 1. v. 15. & 17. jam  
adductis, exprimitur, non certè secundum Humanam Naturam Christo  
competit, sed ob inhabitantem in ipso Deitatis plenitudinem, quam pro-  
indè increatam ac æternam esse, atq; adeò ipseus Dei essentiam denota-  
re liquidissimè patet.

XXXVIII. (14.) *Quia hæc inhabitans Deitatis plenitudo est causa, &  
fundamentum, quod Christo magnificus titulus Capitis tam super omnes  
principatus ac potestates, quam super Ecclesiam tribuitur* Col. 1. v. 18. c. 2.  
v. 10. Evidens illud, si hoc loco proximè antecedens, & illo immediatè se-  
quens versus simul attendatur. Ergò certum est, quòd istud **τῆς θεότητος  
πληρωμα** infinitam ipsius Dei essentiam denotet. Ut consequentiæ vis  
pateat, notandum, duplici ratione Christo titulum Capitis competere

D 2

(1) *Genes.*



(1) *Generaliter resp. domini*, *eminentie*, & *altitudinū*, quat. super omnes creaturas, quantaecunq; etiam perfectionis & excellentie sint, etiam supra Cherubinos & Seraphicos Spiritus intimè, potentissimè, & sapientissimè dominatur. Atq; hoc modo illud ἀξιώμα Christo tribuitur d. l. Col. 2. 10, idq; quoad utramq; Naturam, secundum Deitatem, jure creationis & sustentationis omnium rerum, secundum Humanitatem, ex Unione & sessione ad dextram Dei Heb. 1. v. 3, 4, 6. 1. Pet. 3. 22.

(2.) *Specialiter*, quā ad corpus suum mysticum, Ecclesiam, refertur, & sic caput Ecclesie dicitur cit. loc. Col. 1. 18. nec non Eph. 1. 22, 23. c. 4. v. 15, 16. c. 5. 23 & hoc vel ratione ὁμογενείας, ob specificam naturæ identitatem Eph. 5. 30. Heb. 2. 14, 17. quo modo Christus non nisi quoad Humanam Naturam est caput nostrum, vel *ratione efficii*, atq; ita Christus caput nostrum secundum utramq; Naturam jure redemptionis, sanctificationis, resurrectionis ex mortuis, & glorificationis in vitā aeternā dicitur V. Act. 20. 28. Eph. 5. 23, 25, 26, 27. 1. Cor. 15. 20, 21, 22. Apoc. 1. 5. Joh. 5. 21. c. 6. 54. Rom. 8. 30. Quia ergo in utroq; tūm generali tūm speciali modo verè divini principii opera includuntur, ut sunt creare, sustentare ac gubernare omnia in caelo & in terrā, redimere, sanctificare, colligere, defendere, resuscitare & glorificare Ecclesiam, illud, quod utriusq; istius ἀξιώματ<sup>ος</sup> causa & fundamentum est, non potest non esse infinitum.

XXXIX. (15) *Quia hac in Christo habitans Deitas ut plenitudo est principium & causa efficiens operū redemptionis & reconciliationis generis humani; in corpore carnis Christi facta, de quo Col. 1. v. 14, 20, 21, 22. ubi Apostolus inquit: per quem (Christum) habemus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum. Et per ipsum (sc. Deus voluit) reconciliare omnia erga seipsum, faciens pacem (is qui fecit pacem Deus) per sanguinem ipsius, per ipsum (inquam voluit reconciliare omnia,) sive quae in terrā, s. quae in caelū. Et mox: Nunc verò reconciliavit (nos) in corpore carnis suae per mortem. Certum ergo, istud τῆς θεότητ<sup>ος</sup> ἀξίωμα esse infinitum, adeoq; ipsius Dei essentiam. Cū enim opus hoc ἀπολυτρώσεως & ἁποκαταλλάξεως sit infiniti valoris & infinitae efficaciae, pretii, infinitae justitiae Dei, immensis hominum offensis, & infinitis pœnis æquivalentis, solutionem, ac infinitae irae Dei placationem involvens, causa istius non potest non esse infinita. Atqui Apostolus, cit. loco divinum hoc opus corpori & sanguini Christi adscribens, ipsum quoq; funda-*



fundamentum & principium ejusdem indicat, omnem nim. in Christo habitantem Deitatis plenitudinem.

XL. Conjunctis his rationibus (ut alias, brevitatis ratione habitâ, omittamus,) nemo dubitabit, per πῶν πληρωμα τῆς θεότητος & ipsam æternam, increatam ac infinitam Dei essentiam vel substantiam esse intelligendam.

XLI. Deducimus hinc *SECUNDÒ Unionis duarum in Christo Naturarum Veritatem*. Cùm enim, ex clarissimâ Apostoli adsertione, in Humana Christi Natura tota Deitatis plenitudo corporaliter habitet, certè realem, eamq; singularem Hum. Naturæ cum Divinitate Unionem intercedere oportet. *Singularem*, ajo, cùm inhabitatio illa singularis ac personalis sit, id quod ex immotis constat fundamentis: Nam (1.) Habitatio ista in personâ θεανθρώπου facta esse dicitur; Quicquid autem de personâ Christi prædicatur, illud aut ei est naturale secundum alterutram Naturam, aut ad actum personalem ex Unione oriundum referendum. Cùm ergo istud de hac inhabitatione affirmari nequeat, hoc dicendum relinquatur, eam sc. ad actum personalem referendam esse. *Secundò*: Inhabitatio Deitatis τῆς λόγῃ soli carni Christi propria est, ut particula σαματικῶς evincit. *Tertio*: per hanc inhabitationem Verbum caro factum est, Joh. 1. 14. hoc est; interprete Damasc. l. 1. de O. F. c. 11. hypostasis Verbi ἀργέτως facta est hypostasis carnis. *Quartò*: Ob hanc ἐνοικήσιν λόγῳ cum carne unum ὑψιτέλειον evasit. Hinc & *Quintò* Sanctum ex Mariâ natum filius Dei, & filius Hominis, Filius Dei viventis dicitur Luc. 1. 35. Math. 16. 16. *Sextò*: Hæc inhabitatio personam σὺθέν in perpetuum, ἀδιαστέως, ἀδιασπάρως, ἀδιαίρετως efficit. *Septimò*, per hanc inhabitationem carni idiomata τῆς λόγῃ, æterna nim. omnipotentia, omniscientia, potestas miracula patrandi &c. sine omni fine communicantur. Deniq; hæc inhabitatio facit, ut Christus officium suum, regium in primis, etiamnum in utraq; Natura exequatur. Quæ omnia habitationem Deitatis λόγῃ in carne assumtâ singularem ac personalem esse manifestò evincunt. Et sanè, nisi talis esset, ab inhabitatione gratiosa, quæ fit in Sanctis, haud differret, quod absurdum.

XLII. Itaq; Unio duarum in personâ τῆς λόγῃ Naturarum non est (1.) *nuda sustentatio Hum. Natura in Christo* Nam (1.) hac ratione non esset *singularis & mystica Unio*. Sustentatio enim non est singulare, sed



commune quid omnibus creaturis Hebr. i. v. 3. Act. 17. 28. Tãm verò  
 sustentatio carnis, ut opus divinum ad extra, est actio omnibus tribus  
 personis in Deitate communis, per Veterum Regulam, *Opera Trinitatis  
 ad extra sunt indivisa*. Atqui Hum. Christi Natura in sola Filii Dei per-  
 sonã subsistit, non in personã Patris aut Spiritus Sancti. Quã de cau-  
 sa rectissimè Lutherus noster T. 2. Wittenb. f. 228. hujusmodi Philoso-  
 phiam vocat hæreticissimam, quæ negat Filium Dei esse hominem actu  
 primo, sed carnem solum actu secundo sustentari fingit: nec est (2) *unius  
 essentialis constitutio*, quandoquidem in Christo est *ἀλλο καὶ ἄλλο*: nec  
 (3) *adjunctio & accidentalis connectio Hum. Nature cum Divinã*, qualis  
 est corporis humani cum veste: nam hanc Unitas ἑφῆμερος Verbi &  
 carnis non admittit, & Verbum caro factum est, non corpus sua vestit.  
 Sed consistit (4) *in infinita & divina τῆς λόγου subsistentiæ cum Hum. Na-  
 tura communicatione*.

XLIII. De hac eam Calvinianis ingens nobis intercedit Contro-  
 versia, quam altera de Communicatione Idiomatum peperit: Cùm  
 enim nostrates, propria per Unionem posse communicari, demonstra-  
 rent, inter alia & argumentum à communicatione *ὑποστάσεως* sumse-  
 runt: cujus argumenti vim ut eliderent Adversarii, & hypostasio com-  
 muniari negarunt. Anton. Sadeel l. c. p. 176. & 169. Beza in Colloq.  
 Mompelg. p. 202. Unionem personalem per sustentationem describunt,  
 Sic & Josephus Gradius in refutat. lib. D. Hunn. de Persona Christi p. 57.  
*Sustentari in Deo Verbo*, inquit, *nihil est aliud, quàm Unitum esse Verbo  
 personaliter*: p. 49. monstruosam appellat verborum formam, cùm dicitur  
*λόγος* & hypostasio suam realiter carni communicasse. Witebergens.  
 Crypto-Calvinistæ in disput., A. 1570. habitã asseruerunt, *Humanam  
 Christi Naturam neq; personam, neq; Majestatem Filii Dei realiter esse  
 communicatam*. F. Wendelius l. i. Christi Theol. c. 16. p. 259. *Ab Hum.  
 Nature*, inquit, *in ὑπόστασιν τῆς λόγου assumptione ad communicationem  
 ὑποστάσεως s. persone nulla ratio est, quia assumptio Hum. Nature ad  
 ὑπόστασιν τῆς λόγου consistere potest absq; communicatione hypostaseos*:  
*sufficit sustentatio Hum. Nature hypostatica s. personalis, per quam ὑπόστα-  
 σις τῆς λόγου verò sit homo* p. 260. *assumptione Hum. Christi Nature com-  
 municatam esse hypostasin τῆς λόγου nego*. Quam etiam sententiam Ecclē-  
 garum suarum esse affirmat. Pariter Masson. Anax. Univ. triumph. p. 2.



p. 596. negat personam Filii Dei Hum. Naturâ communicatam esse ad cõm-  
munem possessionem, usurpationem, & denominationem. Contrâ Althe-  
sius, quavis & ipse communicationem *ὑπόστασις* neget, cautius ta-  
men loquitur in Theol. Polem. p. 55. *ὑπόστασις λόγος* accurate loquendo  
non est communicata carni, id est, effusa in ipsam, sed hæc per *ἁντικείνωσιν*, id est,  
appropriationem in illâ subsistit, sicut surculus in arbore subsistit. Amand.  
Polanus l. 6. Synt. c. 16. p. 376. Unionem hypostaticam consistere in sub-  
sistentiæ verbi communicatione cum Natura Hum. assumpta probat.  
è secundo Anathematismo Epistolæ Concilii Alex. & è 5. Synodo act.  
ultim. 4. post ait: Quod est proprium filii in ejus communicatione Unio  
hypostatica consistit. At sola subsistentia Filii est propria ejus: E. in solius  
subsistentiæ Filii communicatione Unio hypostatica consistit. Utraq; præ-  
missa est certissima. Et: *ὑπόστασις τῶ λόγος* ita est communicata cum carne  
assumptâ, ut tamen propterea non sit carni communicata s: realiter data, &  
in eam transfusa omnipotentia, aut ulla alia essentiali proprietate Deitatis.  
Sic & Sohn. in Exeg. A. C. T. 2. oper. p. 223. Joh. Maccov. colleg. de  
Mediat. Disp. 5. p. 211, 212. Anton. Walæus L. C. de Un. hypost. p. 699.  
aliiq; commodè satis loquuntur.

XLIV. Observandum autem (1.) quòd non queratur de assumptio-  
ne Humanitatis in Filii Dei hypostasin, & qualicunq; ejus sustentatione:  
eam enim Adversarii concedunt, & sic Nestorianismi suspicionem, quan-  
tum in se est, declinare conantur; Nec (2.) quaestio est de communicatio-  
ne transfusivâ, essentiali, subjectivâ, formali, sed de communicatione  
*ἁντικείνωσιν* per Unionem: Fatemur etenim, quòd Hypostasis divina  
ad quam Naturæ unitæ sunt, sit per Naturam, per se, & formaliter solius  
Filii Dei subsistentia, sed nihilominus etiam facta est hypostasis Hum.  
Naturæ per Unionis gratiam, & sic ei communicata est quoad cõm-  
munem possessionem, usurpationem, & denominationem, ut eam hypo-  
stasin & Humanitas Christi verè ac realiter possideat, eâ actu ipso sub-  
sistat, ab eâq; subsistere denominetur, non ut inde dicatur *ὑπόστασις καὶ  
ὑφ' ἑαυτῆος* subsistentia vel persona, sed ut dicatur *ὑπόστασις ἐν τῷ λόγῳ*,  
ut loquitur Damasc. l. 1. p. O. F. c. 1. n. 17., & subsistens in personâ Filii Dei.  
Tandem non queritur de modo aliquo speciali, quo Verbum caro fa-  
ctum sit; cogirandum enim, quòd sit mysterium. Tim. 3. 16., sed sim-  
pliciter & sub general. ratione de communicatione personæ ob Unio-  
nem.

XLVI. Sic



XLV. Sic genuino Controversiæ statu constituto, pro subsisten-  
tiæ λόγος cum assumptâ suâ Naturâ, ob intervenientem Unionem hypo-  
staticam, verâ & reali communicatione, talem è dicto nostro formamus  
ἀπόδειξις: Quodcunq; λόγον cum totâ suâ plenitudine habet ac pos-  
sidet, & quod λόγος intimè atq; profundissimè permeat, & perficit, ut  
proprium suū corpus, id reverâ etiam possidet personam τῆς λόγος, & ab  
eâ suum esse personale accipit. At Humana Natura habet & possi-  
det λόγον cum omni suâ plenitudine. Nam τὸ *habitare in carne idem est*  
*ac possideri vel haberi à carne*, interprete S. Ignatio Epistolâ ad Trullianos,  
qui hinc carnem Christi vocavit σῶμα ἔχον τὸν θεὸν ἐνοικον, corpus ha-  
bens Deum *inhabitatore* quasi domesticum, & eam intimè perficere ut  
proprium corpus, secundum Damasc. 1. 3. c. 68. Athanas. Orat. 4. contra  
Arian. & Cyrill. l. post. de rect. fid. ad Regin. E. Hum. Natura habet  
ac possidet etiam personam τῆς λόγος, & ab eâ suum esse personale ac-  
cipit.

XLVI. Patet insuper ex dicto præsentī, Unionem illam ἀρρητην  
non ad solam τῆς λόγος ὑπόστασιν, exclusâ tamen, quam arctissimè ipsa in-  
cludit, Naturâ divinâ, referendam esse. Quicquid enim toti perfectissimæ  
Divinitati vel Deitatis plenitudini adscribitur, id nudæ personalitati, ex-  
clusâ Divinâ Naturâ, non est tribuendum, sed ipsi Divinæ Naturæ Filii  
Dei adscribi debet. At κατὰ ἰκρίσιν ὑπόστασιν τὴν toti perfectissimæ Divinitati  
in loco nostro adscribitur. Ergò. Reijcimus igitur sententiam quorun-  
dam Jesuitarum, Scholasticorum, & Calvinianorum, quâ statuunt, so-  
lam personam τῆς λόγος Humana Naturâ unitam esse, non verò simul Divi-  
nam ejus Naturâ, nisi consequenter & per concomitantiam, quâ reali-  
ter eadem est cum personalitate, quæ sola primò, propriè & immediatè uni-  
ta sit.

XLVII. Sequitur ulterius, Divinam & Humanam Naturam in di-  
vinâ τῆς λόγος ὑπόστασιν sibi invicem ubiq; & perpetuè presentissimas esse,  
adedò, ut post factam Unionem neutra extra alteram alicubi & ali-  
quando inveniat. De Nestorianis Cyrillus ad Regin. de rect. fide  
l. 49. refert, quòd adseruerint, nomen Christi & verbo Patris εἰδικῶς τε  
καὶ κτῆ μόνως καὶ ἕξω σαρκὸς ὄντι τε καὶ νοημένῳ ἐκ Θεῶ Φύσιν λόγῳ  
ἁπορίσιν & soli & EXTRA carnem existenti. Quæ ex Deo natum intelligen-  
tur



*sur congruere, similiter congruere & nato ex Maria Virgine, adeoq; Christi-  
 sum esse, & si λόγος sic EXTRA carnem, docuerunt. His Calviniani  
 manifestè tibicinem supponunt, dum λόγον, ac divinam τὴν λόγος Na-  
 turam, post factam Unionem extrà Hum. Naturam vel carnem suam ex-  
 istere contendunt. In Admonit. Neostad. c. 8. p. 269. hæc leguntur: *ὁ  
 λόγος ὁ ἴδιος ὁ ἴδιος ἐστὶν ἐντὸς καὶ ἐξωτὸς τοῦ σώματος, & quamvò singulari  
 modo sit in suo corpore, nequaquam tamen est intrà corporis angustias con-  
 elusus, neq; corpus suum per omnia loca diffunditur, sed corpore suo existens  
 ubi vult, divinitate suà est ubiq;: sicut Solus corpus manet in loco suo in  
 celo, & tamen luce suà cælum & terram collustrat. Neq; λόγος ἐξωτὸς  
 τοῦ σώματος existens minus est unitus corpori, quàm intrà illud existens, idem enim  
 ἐντὸς καὶ ἐξωτὸς ἐστὶν. Parili ratione in Syntagm. Conf. p. 2. p. 201. docetur,  
 Divinitatem esse extrà Naturam Humanam à se assumptam, sed nihilominus  
 ei personalitèr unitam permanere. Eadem in Catach. Palat. Heidel-  
 bergens. quæst. 8. iisdem penè verbis habentur. H. Zanchius de Nat. Dei  
 l. 2. c. 6. Divinam Naturam τὴν λόγος totam esse in Hum. Natura, totam  
 etiam extrà Hum. Naturam pronunciat. Similia leguntur apud Bezam in  
 Colloq. Momp. p. 321. Mat. Martini in Mentiz. Anti-Nuthetum. c. 2. p. 35.  
 G. Sohn, in Exeg. A. C. art. 3. p. 225. aliosq; qui idem, quod Nestoriani,  
 profitentur, Christum esse λόγον ἐντὸς τῆς σαρκὸς existentem, itemq; λόγον  
 ἐξωτὸς τῆς σαρκὸς.**

XLIIIX. Nos contrà asserimus, quemadmodum Hum. Natura non  
 est extrà λόγον, sic nec λόγον esse extrà Hum. Naturam post factam Unio-  
 nem: λόγος & Hum. Naturæ hypostaticam, ita ut nec Hum. Natura  
 immensa ac infinita sit, nec λόγος illi includatur, ejusq; terminis cir-  
 cumscribatur, sed ut & illa finita, & hic infinitus & incomprehensibilis  
 maneat. Proinde hoc modo è verbis loci nostri colligimus: Cujus  
 πᾶν πᾶσι ὡσεὶ ὡσεὶ ubiq; inhabitat in aliquo toto, ut in proprio corpore, id  
 certè nusquam est extrà aut ultrà id in quo sic habitat. Jam Filii Dei πᾶν  
 πᾶσι ὡσεὶ ὡσεὶ ubiq; inhabitat in aliquo toto, ut in proprio corpore, sc. in  
 assumptà carne. E. Minorem probamus: Ubicunq; tota τὴν λόγος Divi-  
 nitas est, postquam Hum. Naturam, ut proprium corpus, inhabitare  
 coepit, ibi Naturam Humanam inhabitat, & ibi λόγος habitaculum & cor-  
 pus proprium Hum. Naturam esse oportet; Cateroquin nec pleni-  
 tudo

E

tudo



tudo Divinitatis τῷ λόγῳ secundum se tota in assumtā carne habitaret, nec Hum. Natura proprium ejus esset habitaculum & corpus. Atqui tota τῷ λόγῳ Divinitas est ubiq; E. ubiq; Hum. Naturam inhabitat, & ubiq; τῷ λόγῳ habitaculum & corpus proprium Hum. Naturam esse oportet. Finge λόγον alicubi extrā carnem esse, jam alicubi non inhabitabit carnem σωματικῶς tanquam corpus suum, adeoq; λόγῳ non erit alicubi unicus carni *personaliter*, quum Unio personalis sit inhabitatio τῷ λόγῳ in carne, quæ ubi non est, ibi certè ea inhabitari aequit.

XLIX. Sequitur tandem, *Hum. Christi Naturam ad personale SS. Trinitatis consortium pertinere*, sicut in Constantinopolitano quinto Concilio c. 4. & 5. p. 47. contrā varios hæreticos definitum est. Nimirum per singularem hanc inhabitationem Hypostasis verbi facta est carnis hypostasis, ut supra adfertur. Quorsum ergo ὑπόστασις τῷ λόγῳ pertinet, eorsum etiam Hum. Natura, quæ in ὑπόστασι τῷ λόγῳ subsistit, pertinet. Jam τῷ λόγῳ ὑπόστασις pertinet ad consortium SS. Trinitatis: est enim ὁ λόγῳ secunda SS. Trinitatis persona, & æterni Patris æternus Filius E. Hum. πῶ λόγῳ Natura ad consortium SS. Trinitatis pertinet: Hinc Athanas. asserit, *carnem Christi esse in consortio SS. Trinitatis*. Similiter Hesy chius super Levit. *carnem esse partem Trinitatis propter inseparabilem cum eā Verbi incarnati Unionem*, pronunciat. Sic & August. tract. 90. in Joh. *Formam servi Filio in Trinitate ad Unitatem persone cooptatam esse* scribit. Contrariam sententiam foventes rejicit, & ex Ecclesiā eijciendos judicat P. Emis senus apud Cyrill. T. 4. in Hom. Alexand. & Joh. Maxentius in capit. ad Nestorian. T. 2. Concil. de Quintā Synod. Oecum. Constant. c. 11.

L. Deducimus hinc TERTIÒ ineffabilē, intimā, & realissimā *Communione Naturarum in personā τῷ λόγῳ certitudinem*, quam Calviniani omnibus modis impugnatum eunt. Anton. Sadeel de Verit. H. Nat. CHR. p. 153. aliiq; defendunt hoc theoremā: *Nihil quod est essentia divina, rei creatæ communicari potest*. Quo ipso Essentiam vel Naturam Divinam Humanæ Naturæ, ut rei creatæ, communicatam esse negant. Publicè communicationem Naturarum rejecerunt collocutores Mompelgartenses Calviniani in Resp. ad thes. de Person. Christ. ad 8. & 9. p. 205. Colloq. ubi confessi sunt, *se talem solam admittere Unionem, in*  
quā



quæ manent singula Naturæ per se CITRA ullam aliam communicationem:  
& ad 6. & 7. Neq; Deitatem, neq; Deitatis proprietates de Humanitate,  
ullo modo, ne in Unione quidem verè dici posse. Sic & Admonitores Neosta-  
dens. c. 8. p. 256. Humanitati Deitatem realiter datam vel communicatam  
non esse, sed personaliter unitam ajunt. Nulla, inquit Orthod. Consensus  
p. 123. naturarum est inter se communicatio.

LI. Notandum autem (1.) quòd hinc non quærat de Communica-  
tione impropria & verbali, quam solùm Adversarii agnoscunt, sed de  
communicatione Naturarum propria ac reali. (2.) Nec, An Naturæ in  
unâ personâ τῷ λόγῳ unitæ sint, sed an Natura una alteri sese commu-  
nicarit, ut Divina Natura Humanæ, & hæc illius particeps facta sit. (3.)  
Nec etiam quæstio est de communicatione factæ persona θεανθρωπῆς,  
quæ non nisi improprie ita dicitur, sed de communicatione Naturarum  
ad se invicem. Nec deniq; de communicatione conversivâ, transfusivâ,  
essentiali, sed de communicatione per Unionem, ad mutuam possessio-  
nem, usurpationem & denominationem.

LII. His ita positis, ex Oraculo Paulino sic colligimus: Quæ se habent  
ut inhabitans & inhabitatum, inhabitans autem non otiosè, sed opero-  
sè, ad eum modum, quo anima habitat in corpore, entelechiali ψειχω-  
ρήσει, inter ea necessaria est cõmmunicatio. Atqui Deitas, (quæ purissi-  
mus & merus actus est) & caro se habent ut inhabitans & inhabitatum,  
inhabitans autem operosè, ad eum modum &c. E. inter earum naturas  
quædam est communicatio. Minorem insuper Contextus ratio firmat,  
undè hoc argumentum ducimus: Quæ inhabitatio (1.) fundamentum  
est, in quo fides nostra fiducialiter recumbit, ex quâ (2.) repletio fidelium  
oritur, quæ (3.) constitutiva est capitis suprâ principatus ac potestates,  
quæ deniq; causa est ἐρηνοποιήσεως Διὰ τὰ αἵματι τῶν σαρκεῶν, illa  
inhabitatio est maximè operosa, & cum internâ communionem conjun-  
cta. Atqui hæc, de quâ locus noster, inhabitatio est fundamentum, in quo  
fides nostra fiducialiter recumbit Col. 2. v. 7. ex eâ repletio fidelium ori-  
tur ibid. v. 10. ipsa causa est ἐρηνοπ. Col. 1. v. 19, 20. E. Accedit, quòd  
ex gratiosâ & gloriosâ inhabitatione realis fluat communio, quâ pii  
fiunt κοινωνοὶ τῆς θείας φύσεως 1. Pet. 1. 4. quâq; Deus ipsis est omnia in  
omnibus 1. Cor. 15. 28. Quis ergò ex hac singulari & personali inhabita-  
tione communionem oriri negabit? Adde, quòd per modum realis



communione omnes thesauri sapientiae & scientiae in Christo sint reconditi Col. 2. v. 3. Itaq; & haec inhabitatio totius Deitatis plenitudinis, cum qua illi idem sunt, & ad quam pertinent, non est sine interna communicatione. Et quid multis? Cum iuxta Apostolum Hum. Natura singulari prorsus ratione à Deitate inhabitetur, atq; inde totam Deitatem possideat, eam Deitatis participem factam esse, adeoq; veram & realem Hum. Naturam cum divina communicationem intercedere oportet.

LIII. Hac est *περιχώρησις* & circumincessio duarum Naturarum intima, è qua fluit, quod Divina Natura incarnata, & caro *λογος* *θεῖος*, *δὲ θεὸς θεῶν καὶ τῶν ὁμοίων* s. *Deificata* dicitur. Pulchrè de illà Damasc. L. 4. O. F. c. 19. scribit: *Per Unionem ostenditur quid habeat ex utriusq; harmoniâ & immansione, quod illi adest. Nam propter Unionem secundum Hypostasin & Caro Deificari dicitur, & homo fieri, & Creatura dicitur, & novissimus vocatur. Non ut duabus Naturis mutatis in Unam naturam compositam, sed ut duabus Naturis secundum hypostasin unitis. & in se invicem immansione habentibus inconfusam & inmutabilem.* Ubi tamen diligenter notandum, quod idem & hoc Capite, & l. 3. c. 7. monet, *τὴν περιχώρησιν οὐκ εἶναι ἀπὸ τοῦ λόγου, & non ἀπὸ τῆς σαρκός*, sicut etiam ipsa Unio personalis à Filio Dei orta fuit, non autem ab Humanitate. *Περιχώρησις*, ergo mutuum non est utriusq; activè accipiendum, sed ex parte *λόγος* activè, ex parte carnis passivè. Nam impossibile est carnem permeare Divinitatem: sed Divina Natura semel *περιχώρησα* per Carnem dedit carnem ad ipsam *ἀρρηκτὴν περιχώρησιν*, ait Damasc. loc. cit.

LIV. Deducimus hinc Quarto Realitè Communicationi divinarum proprietatum, & infinitorum *ἀσχημάτων τῶν λόγων* cum carne assumptâ veritatem. Pauli Samosatani vox est, duas in Christo Naturas esse *παντὸς πρὸς ἑαυτὴν ἀσυνανήτους*. Eam secuti sunt Calviniani, Majestatis Filii Hominis hostes, & *ἀντίπαλοι ἕσπονδοι*. Cum enim B. Lutherus praesentiam Corporis Christi in Coenâ ex communicatâ homini omnipraesentiam Verbi, in exaltatione potissimum ad Dextram Dei, adstrueret, Zwinglius & sequaces ejus, ut communicationem idiomatum, ab antiquis celebratam, verbalem & tropicam dixerunt, ita omnem donorum infinitorum communicationem factam Humanitati negarunt. V. Zwingl. in Exegesi Eucharistici negotii Tom. 2. f. 351. ubi suam alloquitur.



urget, nec ullam aliam communicationem proprietatum agnoscit. Videt  
& P. Martyr Dialog. de Christ. Beza in Colloq. Mompelg. de Personâ  
Christi Bucan. loc. 2. de Christo quæst. 25. Admonit. Neollad. p 73, 75,  
252 &c. Joh. Combachius libi. de communic. Idiom. qui vocat fictitium.  
genus communicationis Idioma tum naturæ ad naturam.

L.V. Nos ex hoc loco pro Conclusionem nostrâ argumentum du-  
cturi, primò genuinum Controversiæ statum, amputatis ἀλλογεῖο ἕνε-  
κεν, evolvendū & explicandū duximus. Notandū ergò

(1) Quòd quæstio non sit de donis creatis, finitis, etiam excellentissimis :  
hæc enim data esse Hum. Christi Naturæ, partim in unione, partim in  
Exaltatione, Adversarii haud eunt inficias; sed de donis infinitis, quæ  
sunt ipsius essentiæ divinæ proprietates, ut sunt omniscientia, omni-  
potentia, virtus vivificandi, potestas miracula patrandi, potestas judicij, Ma-  
jestas cultus & adorationis, sessio & collocatio ad dextram DEI &c.

(2) Non quæritur de Hum. Natura in abstracto extrâ Unionem, sed in  
Unione: fundamentum enim communicationis horum donorum  
Unionem statimus: ideirò extrâ Unionem in abstracto Naturæ  
considerare non possumus.

(3) Nec quæritur: An eadem sint attributa λόγῳ & Humanitatis assum-  
ptæ, uti Eutychiani quondam errarunt, quem errorem Calviniani nobis  
per calumniam affricare non verentur.

(4) Neq;: Utrum Hum. Natura habeat sibi unitas cum Hypostasi &  
Naturâ divinâ λόγῳ etiam omnes ejusdem infinitas, & verè divinas  
proprietates, sed an illas, vigore Unionis hypostaticæ, statim ab ipso  
Unionis & Incarnationis momento, sibi à λόγῳ verè & realitèr com-  
municatas & collatas habeat.

(5) Nec est quæstio de communicatione subjectivâ, transfusivâ, inhaesi-  
vâ, quâ propria Divinitatis ita Hum. Naturæ data fuerint, ut eam infor-  
ment, vel ut in eâ sint itq. in subjecto inhaesivè: sicut enim largimur, quòd  
tantum dona creata & finita acceperit: sed de communicatione ἕνε-  
κεν ὑπόστασιν, secundum consociationem & Unionem, qualem fortè in  
animâ & corpore, ferro & igne videmus, quâ Hum. Natura divinas  
proprietates habeat dispensativè s. secundum dispensationem Unionis  
personalis: eaq; in hoc consistit, quòd Divinitas cum suis proprietatibus  
in carne habitans ibi non sit onola, sed plenè & perfectè, liberè tamen,  
quandò, ubi, & quomodo vult sese exercet per illam, tanquam per pro-



prium organon, quod idcirco proprietates illas cum ipsâ Naturâ divinâ possidet, illas usurpat, ab iisq; denominatur.

(6) Nec etiam quæstio est de communicatione infinitorum attributorum τῆς ὁυ̅ς quoad Christi personam, sed quoad Humanitatem in Hypostasin Filii Dei assumptam; illud admittunt Calviniani, posterius negant, Orthodoxi affirmant.

(7) Nec, An eadem communicatio omnibus attributis competat; omnia communicata fatemur qd. ad κτήσις. communem possessionem, non omnia, sed aliqua tantum communicata dicimus, si χρο̅σις. usurpationem, ac inde oriundam immediatam denominationem respiciamus. Quamvis enim omnia attributa in Deo sint realiter idem, formalis tamen, seu virtualis distinctio impedit, quod minus omnia eadem ratione communicentur. Quomodo eadem virtualis distinctio impedit, quod minus dicatur Deus punire per misericordiam, & misereri per justitiam, quamvis misericordia & justitia in DEO realiter idem sint. Quare licet Hum. Natura per Unionem possideat Divinam Naturâ cum omnibus proprietatibus, tamen usurpat tantum illas, quæ naturâ suâ aptæ sunt, ut per Humanitatem se exercere possint, hoc est, quæ sunt operativæ, ab iisq; immediatè denominatur, ut dicitur omnipotens, omniscia, vivificans, κτλ. &c. sed non æterna, infinita, increata, independens &c.

(8) Tandem non est quæstio: Utrum in statu Exinanitionis Hum. Natura semper exercitio. Lactu secundo omnipotens, omniscia &c. fuerit, sed an possessione omnipotentiam, omniscientiam &c. sibi vi Unionis personalis communicatam, habuerit?

LVI. Quibus præmissis sic jam arguimus: In quo habitat tota Deitatis plenitudo corporaliter, is attributa propria divina verè ac realiter communicata habet. Atqui in carne Christi s. in Hum. ejus Natura habitat tota Deitatis plenitudo corporaliter. E. Minorem supra è Textu firmavimus. Major indè patet: quia tota Deitatis plenitudo non est absq; divinis Filii Dei attributis, nec tq. in proprio corpore habitare potest, quin ab illo, in quo sic habitat, verè ac realiter possideatur, nec possideri, quin verè ac reali communicatione eidem communicata sit.

LVII. Excipit (1.) Bellarm. T. 1. Controv. de Chr. l. 3. c. 16. p. m. 649. Aliud esse communicari Humanitati Divinitatû plenitudinem, quod  
Paulus



Paulus non dixit: aliud inhabitare Divinitatem, quod Paulus dixit. Nam illud primum significaret Christi Humanitatem esse Deum, quod non significat hoc secundum Resp. (1) Committit Bellarminus Elenchū Oppositorum: Nam utrumque ex mente Apostolice Ecclē adseritur, & plenitudinem divinitatis Humanitati communicatam esse, & plenitudinem Deitatis in Christi Humanitate habitare: Unum horum non contrariatur alteri, sed sese mutuo ponunt, & sibi invicem subordinantur: imò materialiter unum & idem connotant, tamen si formaliter ac modo loquendi distinguantur. (2) quod rationem Bellarmini attinet, si *nim.* Humanitati plenitudo Divinitatis communicaretur, utiq; Humanitas esset Deus, quale absurdum non sequitur ex inhabitatione Deitatis in Humanitate Christi. Resp. eam destitui omni consequentiæ nervo: Etenim à communicatione Deitatis & attributorum divinatorum, in Christo secundum Humanitatem factâ, ad confusionem Naturarum vitiosè & ἀπυθέτως colligitur, siquidem communicatio non confundit Naturas earumq; proprietates, sed potiùs sartas textas ac integras easdem conservat & retinet. Quare necessum non est, ut ob communicationem plenitudinis Deitatis cum assumptâ Hum. Naturâ inferatur Christi Humanitatem esse Deum: sic enim confusio, imò abolitio Naturarum & idiomatum inferretur, atq; ad eò ipsa Unio hypostatica, quæ ἀσυχύτως καὶ ἀτρέπτως facta est, everteretur; sed hoc tantùm sequitur, Humanitatem, in λέγειν hypostasin assumptam, habere vel possidere divinam Naturam, vel esse θεωθεϊοτιν, Deificatam, non verò Deum vel Deitatem ipsam, quandoquidem communicatio καὶ συνδυασιν prædicationem non synonymicam sed Paronymicam importat, quemadmodum non dico, corpus est anima, quamvis anima essentiam suam corpori per περιχώρησιν communicet, sed corpus est animatum. Quòd si Humanitas Christi Deitatem cum omni suâ plenitudine per Naturam haberet, tunc esset Deus. Jam vero illam hanc per Unionem & communicationem realem possidere asserimus E. necessum non est, ut ideò Deus statuat. Et quia Unio Naturarum inter se mutuo non ad Naturarum, sed ad Persona Unitatem in Christo facta est, idcirco unam Naturam de alterâ in concreto prædicari oportet, hoc modo: Homo est Deus, & Deus est Homo, quibus similes habentur Jer. 23. 6. Matt. 16. 16. Luc. 1. 35. Rom. 9. 5.

LVIII, Excipit (2) Polanus Synt. l. 2. c. 12. p. 148. in Christo habitat.

12



ne omnem plenitudinem Deitatis corporaliter nihil aliud esse, quam Christum esse verum & perfectum Deum naturaliter s. essentialiter, in Christo esse perfectam Deitatis essentiam. Resp. distinguit Apostolus inter inhabitantem Deitatem, & ipsum Habitaculum, & non tantum Christum esse verum Deum, sed etiam in ipsa carne Christi Deitatis plenitudinem habitare docet. In illa verò non habitat ea essentialiter, sed personaliter. Quid, quod plurimi Calvinianorum *ἰσοπαρισίως* reddunt per *personaliter*, ut Sohnius, Altingius, & alij. Non ergo idem erit, quod essentialiter, ut vulg. Polanus, cum hæc simul consistere nequeant. Adde quod Filius Dei non sit verus Deus essentialiter per *inhabitationem Deitatis in Christo*, seu per *Unionem Personalem*, sed per *Naturam*.


LIX. Regerit (3.) Wendelinus l. 1. Christ. Theol. c. 16. p. 265. *Etiam in Hum. Natura dici posse habitare omnem plenitudinem Dei, non quidem per communicationem, sed per Unionem personalem.* Resp. Hæc glossa vim & emphasin Apostolicæ phrasæ minimè exhaurit. Etenim inhabitatio illa, de quâ Apostolus, *possessionem* secum vehit, eamq; planè singularem & personalem, quâ plenitudo tum Deitatis, tum omnium eius proprietatum in carne Christi, ut *in proprio corpore*, habitat. Illa autem possessio nulla profectò foret sine *reali communicatione*. Non enim Hum. Christi Natura Deitatem juxta cum attributis *per Naturam* habet; Neq; solum per nudam Unionem absq; ullâ communicatione sic enim in ipsa plenitudo Divinitatis *per se* non habitaret, quod est contra Apostolum; neq; inhabitatio illa à Sacerdotum inhabitatione, in quibus etiam Filius Dei, omnisq; ejus plenitudo, habitat, quicquam differret, id quod absurdum. Noshic uberrimi Oraculi meditationem figimus, & cum DEO  
finimus.














Paulus non dixit: aliud inhabitare Divinitatem, quod illud primum significaret Christi Humanitatem esse, significat hoc secundum Resp. (1) Committit Bellarminorum: Nam utrumque ex mente Apostoli recte a nem divinitatis Humanitati communicatam esse, tatis in Christi Humanitate habitare: Unum horum alteri, sed sese mutuo ponunt, & sibi invicem subordinatiter unum & idem connotant, tamen si formaliter distinguantur. (2) quod rationem Bellarmini atque tati plenitudo Divinitatis communicaretur, utique quale absurdum non sequitur ex inhabitatione Dei Christi. Resp. eam destitui omni consequentiae nuncione Deitatis & attributorum divinarum Humanitatem factam, ad confusionem Naturarum colligitur, siquidem communicatio non confusetur proprietates, sed potius factas tectas ac integras continet. Quare necessum non est, ut ob communicationem Deitatis cum assumpta Hum. Naturam inferatur esse Deum: sic enim confusio, imò abolitio Naturae inferretur, atque adeo ipsa Unio hypostatica, quae à *ἁπλως* facta est, everteretur; sed hoc tantum sequitur *λόγῳ* hypostasin assumptam, habere vel possidere di esse *θεῶν θεῶν*, Deificatam, non verò Deum vel Deo quidem communicatio *καὶ συνδύασιν* predicamentum sed Paronymicam importat, quemadmodum est anima, quamvis anima essentiam suam communicet, sed *corpus est animatum*. Quòd si Humanitatem cum omni sua plenitudine per Naturam habet, iam vero illam hanc per Unionem & communicationem asserimus E. necessum non est, ut ideo Deus in Unio Naturarum inter se mutuo non ad Naturarum plenitudinem in Christo facta est, idcirco unam Naturam predicari oportet, hoc modo: *Homo est Deus, & Deus est Homo*. Similes habentur Jer. 23. 6. Matt. 16. 16. Luc. 1. 35. f. LVIII, Excipit (2) Polanus Synt. l. 2. c. 12. p. 1.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE283 Serial No. Patch Reference numbers on UTT

...i. Nam  
non si-  
Oppo-  
enitudi-  
m Dei-  
ariatur  
mate,  
quendi  
umani-  
Dens,  
itate  
com-  
andum  
deitas  
rum q;  
t & re-  
tudinis  
itatem  
naturam  
ἀρχῆ-  
m, in-  
m, vel  
quan-  
nony-  
opus  
ἰσχυρί-  
i Dei-  
Deus.  
possi-  
uia U-  
a Uni-  
creto-  
bus si-  
abita-  
re